V. 1430. δρᾶν in litura P. χρυσώμια. Corr. L. Dindorf.

ΚΡ. δέραια παιδὶ νεογόνῳ φορεῖν, τέκνον.
ΙΩ. ἔνεισιν οἵδε· τὸ δὲ τρίτον ποθῶ μαθεῖν.
ΚΡ. στέφανον ἐλάας ἀμφέθηκά σοι τότε,
ἣν πρῶτ' Ἀθάνας σκόπελος ἐξηνέγκατο,
ὅς, εἴπερ ἔστιν, οὔποτ' ἐκλείπει χλόην,
θάλλει δ' ἐλάας ἐξ ἀκηράτου γεγώς.
ΙΩ. ὦ φιλτάτη μοι μῆτερ, ἄσμενός σ' ἰδὼν
πρὸς ἀσμένης πέπτωκα σὰς παρηίδας.
ΚΡ. ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου,
συγγνώσεται γὰρ ὁ θεός, ἐν χεροῖν σ' ἔχω,
ἄελπτον εὕρημ', ὃν κατὰ γᾶς ἐνέρων
χθονίων μέτα Περσεφόνας τ' ἐδόκουν ναίειν.
ΙΩ. ἀλλ' ὦ φίλη μοι μῆτερ, ἐν χεροῖν σέθεν
ὁ κατθανών τε κοὐ θανὼν φαντάζομαι.
ΚΡ. ἰὼ ἰώ, λαμπρᾶς αἰθέρος ἀμπτυχαί,
τίν' αὐδὰν ἀύσω, βοάσω; πόθεν μοι
συνέκυρσ' ἀδόκητος ἀδονά; πόθεν
ἐλάβομεν χαράν;
ΙΩ. ἐμοὶ γενέσθαι πάντα μᾶλλον ἄν ποτε,
μῆτερ, παρέστη τῶνδ' ὅπως σός εἰμ' ἐγώ.
ΚΡ. ἔτι φόβῳ τρέμω.
ΙΩ. μῶν οὐκ ἔχειν μ' ἔχουσα; ΚΡ. τὰς γὰρ ἐλπίδας
ἀπέβαλον πρόσω.
ἰὼ γύναι, πόθεν ἔλαβες ἐμὸν βρέφος ἐς ἀγκάλας;

V. 1431. φέρειν. Dedi φορεῖν.

V. 1434. σκόπελον. Corr. Stephanus. εἰσηνέγκατο. Corr. Scaliger.

V. 1433 et 1436. ἐλαίας. Corr. Dindorf. [1])

V. 1435. οὔπερ — οὔποτ' P, teste Vollgraffio. Vulgo tradunt in libris esse εἴπερ — οὔπερ, quod correxerit Barnes.

V. 1437. ἀσμένας. Corr. L. Dindorf. — V. 1442. χθόνιον μετὰ. Corr. Heath.

V. 1445. ἀναπτυχαί. Corr. Matthiae. — V. 1448. ἡδονά. Corr. Dindorf.

V. 1453. πόθεν ποθεν. Alterum πόθεν del. Hartung. ἔβαλές P (silente Vollgr.).

V. 1454. βρέφος ἀγκάλαις C. — V. 1454. χεῖρα. Corr. Hermann.

1) Ubi praenomen non addidi, volui Guilielmum.

τίν' ἀνὰ χέρα δόμους ἔβα Λοξίου;
ΙΩ. θεῖον τόδ'· ἀλλὰ τἀπίλοιπα τῆς ζόης
εὐδαιμονοῖμεν, ὡς τὰ πρόσθε δυστυχῆ.
ΚΡ. οὐκ ἀδάκρυτος ἐκλοχεύει, τέκνον,
γόοις δὲ ματρὸς ἐκ χερῶν ὁρίζει·
νῦν δὲ γενειάσιν παρὰ σέθεν πνέω
μακαριωτάτας τυχοῦσ' ἀδονᾶς.
ΙΩ. τοὐμὸν λέγουσα καὶ τὸ σὸν κοινῶς λέγεις.
ΚΡ. ἄπαιδες οὐκέτ' ἐσμὲν οὐδ' ἄτεκνοι·
δῶμ' ἑστιοῦται, γᾶ δ' ἔχει τυράννους·
ἀνηβᾷ δ' Ἐρεχθεύς,
ὅ τε γηγενέτας δόμος οὐκέτι νύκτα δέρκεται,
ἀελίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσιν.
ΙΩ. μῆτερ, παρών μοι καὶ πατὴρ μετασχέτω
τῆς ἡδονῆς τῆσδ' ἧς ἔδωχ' ὑμῖν ἐγώ. [f. ἡμῖν θεός κ.
ΚΡ. ὦ τέκνον τέκνον, τί φῄς; οἷον οἷον ἀνελέγχομαι.
ΙΩ. πῶς εἶπας; ΚΡ. ἄλλοθεν σὺ γέγονας ἄλλοθεν.
ΙΩ. ὤμοι· νόθον με παρθένευμ' ἔτικτε σόν;
ΚΡ. οὐχ ὑπὸ λαμπάδων οὐδὲ χορευμάτων
ὑμέναιος ἐμός,
τέκνον, ἔτικτε σὸν κάρα.
ΙΩ. αἰαῖ· πέφυκα δυσγενής, μῆτερ, πόθεν;
ΚΡ. ἴστω Γοργοφόνα,
ΙΩ. τί τοῦτ' ἔλεξας;
ΚΡ. ἃ σκοπέλοις ἐπ' ἐμοῖς
τὸν ἐλαοφυᾶ πάγον θάσσει.

V. 1456. pro τύχης scripsi ζόης.
V. 1458. τέκνον libri habent ante οὐκ. Transposuit Paley.
V. 1460. ἡδονᾶς. Corr. Matthiae.
V. 1464. δῶμα δ'. Corr. Hermann. τάδε δ' ἔχει. Corr. Reiske.
V. 1466. νύκτας. Corr. Markland. — V. 1467. ἁλίου. Corr. Hermann.
V. 1470. alterum τέκνον addidit Hermann.
V. 1471. σὺ addidit Dindorf. γὰρ C.
V. 1472. ἰώ μοι P. — V. 1477. Γοργόφονα.
V. 1480. ἐλαιοφυῆ. Dindorf ἐλαιοφυᾶ. Dedi ἐλαοφυᾶ.

ΙΩ. λέγεις λέγεις μοι δόλια κοὐ σαφῆ τάδε. [f. σκόλια v. H.
ΚΡ. παρ' ἀηδόνιον πέτραν Φοίβῳ
ΙΩ. τί Φοῖβον αὐδᾷς;
ΚΡ. κρυπτόμενον λέχος ηὐνάσθην. [f. ἐς λέχος D.
ΙΩ. λέγ' · ὡς ἐρεῖς τι κεδνὸν εὐτυχές τέ μοι.
ΚΡ. δεκάτῳ δέ σε μηνὸς ἐν κύκλῳ
κρύφιον ὠδῖν' ἔτεκον Φοίβῳ.
ΙΩ. ὦ φίλτατ' εἰποῦσ', εἰ λέγεις ἐτήτυμα.
ΚΡ. παρθένια δ' ἐμᾶς ματέρος [f. δέει Kock.
σπάργαν' ἀμφίβολά σοι τάδ' ἐξ- [f. πηνί' v. H.
ῆψα, κερκίδος ἐμᾶς πλάνους.
γάλακτι δ' οὐκ ἐπέσχον οὐδὲ μαστῷ [f. τάλαινα — οὔτε
τροφεῖα ματρὸς οὐδὲ λουτρὰ χειροῖν, οὔτε v. H.
ἀνὰ δ' ἄντρον ἔρημον οἰωνῶν
γαμφηλαῖς φόνευμα θοίναμά τ' εἰς Ἅιδαν ἐκβάλλει.
ΙΩ. ὦ δεινὰ τλᾶσα μῆτερ.
ΚΡ. φόβῳ — υ — καταδεθεῖσα σὰν
ἀπέβαλον ψυχὰν ἀπέβαλον, τέκνον·
ἔκτεινά σ' ἄκουσ'.
ΙΩ. ἐξ ἐμοῦ τ' οὐχ ὅσι' ἔθνῃσκες.
ΚΡ. ἰὼ ἰὼ δειναὶ μὲν αἱ τότε τύχαι,
δεινὰ δὲ καὶ τάδ' · ἑλισσόμεσθ' ἐκεῖθεν
ἐνθάδε δυστυχίαισιν
εὐτυχίαις τε πάλιν,
μεθίσταται δὲ πνεύματα.
μενέτω· τὰ πάροιθεν ἅλις κακά· νῦν δ'
ἐγένετό τις οὖρος ἐκ κακῶν, [ὦ] παῖ.
ΧΟ. μηδεὶς δοκείτω μηδὲν ἀνθρώπῳ ποτὲ

V. 1481. λεγεις duplicavit Bothe.
V. 1490. σπάργαν' suspectum. ἐνῆψα. Corr. Fix.
V. 1493. χεροῖν. Corr. Heath. — 1497. ἐν φόβῳ καταδ. Sequor Dindorfium.
V. 1499. ἀπέβαλον ψυχὰν addidit Hermann.
V. 1502. ἰὼ duplicavit Hermann, αἱ addidit Matthiae.
V. 1504. δειλία. Corr. Barnes. — V. 1509 ὦ deletum vult Dindorf.
V. 1510. ἀνθρώπων. Corr. Badham; ἀνθρώποις Dobree.

ἄελπτον εἶναι πρὸς τὰ τυγχάνοντα νῦν.
ΙΩ. ὦ μεταβαλοῦσα μυρίους ἤδη βροτῶν
καὶ δυστυχῆσαι καὖθις αὖ πρᾶξαι καλῶς,
Τύχη, παρ' οἵαν ἤλθομεν στάθμην βίου, [f. οὐδὲν — πη-
μητέρα φονεῦσαι καὶ παθεῖν ἀνάξια. γὴν v. H.
φεῦ·
ἆρ' ἐν φαενναῖς ἡλίου περιπτυχαῖς [f. αἰθέρος B.
ἔνεστι πάντα τάδε καθ' ἡμέραν μαθεῖν; [f. εἷς ἔστι —
φίλον μὲν οὖν σ' εὕρημα, μῆτερ, ηὕρομεν, νέμων; v. H.
καὶ τὸ γένος οὐδὲν μεμπτόν ἐσθ' ἡμῖν τόδε·
[τὰ δ' ἄλλα πρὸς σὲ βούλομαι μόνην φράσαι]
δεῦρ' ἔλθ'· ἐς οὖς σοι τἄλλα βούλομαι φράσαι
καὶ περικαλύψαι τοῖσι πράγμασι σκότον.
ὅρα σύ, μῆτερ, μὴ σφαλεῖσ' ἃ παρθένοις
ἐγγίγνεται νοσήματ' εἰς κρυπτοὺς γάμους,
ἔπειτα τῷ θεῷ προστιθεῖς τὴν αἰτίαν,
καὶ τοὐμὸν αἰσχρὸν ἀποφυγεῖν πειρωμένη, [f. ἐχθρὸν v. H.
Φοίβῳ τεκεῖν με φῄς, τεκοῦσ' οὐκ ἐκ θεοῦ.
ΚΡ. μὰ τὴν παρασπίζουσαν ἅρμασίν ποτε
Νίκην Ἀθάναν Ζηνὶ γηγενεῖς ἔπι,
οὐκ ἔστιν οὔτις σοι πατὴρ θνητῶν, τέκνον,
ἀλλ' ὅσπερ ἐξέθρεψε Λοξίας σ' ἄναξ.
ΙΩ. πῶς οὖν τὸν αὑτοῦ παῖδ' ἔδωκ' ἄλλῳ πατρί,
Ξούθου δέ φησι παῖδά μ' ἐκπεφυκέναι;

V. 1514. vix sanus. — V. 1519. ἐσθ' pro ὡς Hartung. — V. 1520. Del. Cobet.

V. 1521. ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω libri. Pro γὰρ schol. Phoen. 909. habet σοι. Veram lectionem restituit Cobet Var. Lect. p. 596 ex scholio in Aves vs. 1647, ubi sic citatur δ. ἐ.· σὺν σοι τἄλλα βούλομαι φράσαι.

V. 1522. τοῖσι pro τοῖς ed. Brubach. — V. 1523. σφαλεῖσα. π. Corr. Musgr.

V. 1525. προστιθεῖς C, quod revocavi, προστιθεὶς P, προστιθῇς Stephanus, προστίθης Elmsley, quod vulgo receptum.

V. 1529. Ἀθηνᾶν. Corr. Matthiae. At, si quid tribuendum Vollgraffi silentio, Ἀθάναν est in P.

V. 1530. ὅστις. Corr. Hartung. — V. 1531 σ' add. Nauck.

V. 1533. Ξούθου δέ P sec. Vollgraffum, quod recepi. Vulgo Ξούθου τέ.

ΚΡ. πεφυκέναι μὲν οὐχί, δωρεῖται δέ σε
αὑτοῦ γεγῶτα· καὶ γὰρ ἂν φίλος φίλῳ
δοίη τὸν αὑτοῦ παῖδα δεσπότην δόμων.
ΙΩ. ὁ θεὸς ἀληθής, ἢ μάτην μαντεύεται,
ἐμοῦ ταράσσει, μῆτερ, εἰκότως φρένα.
ΚΡ. ἄκουε δή νυν ἅμ' ἐσῆλθεν, ὦ τέκνον·
εὐεργετῶν σε Λοξίας ἐς εὐγενῆ
δόμον καθίζει· τοῦ θεοῦ δὲ λεγόμενος,
οὐκ ἔσχες ἂν ποτ' οὔτε πχγκλήρους δόμους
οὔτ' ὄνομα πατρός. πῶς γάρ, οὗ γ' ἐγὼ γάμους [f. γονὰς N.
ἔκρυπτον αὐτὴ καί σ' ἀπέκτεινον λάθρᾳ;
ὁ δ' ὠφελῶν σε προστίθησ' ἄλλῳ πατρί.
ΙΩ. οὐχ ὧδε φαύλως αὔτ' ἐγὼ μετέρχομαι,
ἀλλ' ἱστορήσω Φοῖβον εἰσελθὼν δόμους,
εἴτ' εἰμὶ θνητοῦ πατρὸς εἴτε Λοξίου.
ἔα· τίς οἴκων θυοδόκων ὑπερτελὴς
ἀντήλιον πρόσωπον ἐκφαίνει θεῶν;
φεύγωμεν, ὦ τεκοῦσα, μὴ τὰ δαιμόνων
ὁρῶμεν, εἰ μὴ καιρός ἐσθ' ἡμᾶς ὁρᾶν.

ΑΘΗΝΑΙΑ.

μὴ φεύγετ'· οὐ γὰρ πολεμίαν με φεύγετε, [f. λεύσσετε Elmsl.
ἀλλ' ἔν τ' Ἀθήναις κἀνθάδ' οὖσαν εὐμενῆ.
ἐπώνυμος δὲ σῆς ἀφικόμην χθονός,
Παλλάς, δρόμῳ σπεύσασ' Ἀπόλλωνος πάρα,
ὃς εἰς μὲν ὄψιν σφῶν μολεῖν οὐκ ἠξίου, [f. περᾶν N.
μὴ τῶν πάροιθε μέμψις εἰς μέσον μόλῃ,
ἡμᾶς δὲ πέμπει τοὺς λόγους ὑμῖν φράσαι,
ὡς ἥδε τίκτει σ' ἐξ Ἀπόλλωνος πατρός,

V. 1538. ταράσσει, superscr. ων. — V. 1540. εἰς. Alteram formam praetuli.
V. 1549. θεοδότων. Corr. Pierson. — V. 1556. πολλὰς P. Silet Vollgraff.
V. 1558. suspectus Dindorfio. μέμψιν Ald.

δίδωσι δ' οἷς ἔδωκεν, οὐ φύσασί σε,
ἀλλ' ὡς κομίζῃ σ' οἶκον εὐγενέστατον.
ἐπεὶ δ' ἀνεῴχθη πρᾶγμα μηνυθὲν τόδε,
θανεῖν σε δείσας μητρὸς ἐκ βουλευμάτων
καὶ τήνδε πρὸς σοῦ, μηχαναῖς ἐρρύσατο.
ἔμελλε δ' αὐτὰ διασιωπήσας ἄναξ [f. 1566—1568
ἐν ταῖς Ἀθήναις γνωριεῖν ταύτην τε σήν, ponendi post
σέ θ' ὡς πέφυκας τῆσδε καὶ Φοίβου πατρός. 1562. v. H.
ἀλλ' ὡς περαίνω πρᾶγμα καὶ χρησμοὺς θεῶν,
ἐφ' οἷσιν ἔζευξ' ἅρματ', εἰσακούσατον.
λαβοῦσα τόνδε παῖδα Κεκροπίαν χθόνα
χώρει, Κρέουσα, κἀς θρόνους τυραννικοὺς
ἵδρυσον· ἐκ γὰρ τῶν Ἐρεχθέως γεγὼς
δίκαιος ἄρχειν τῆς ἐμῆς ὅδε χθονός.
ἔσται δ' ἀν' Ἑλλάδ' εὐκλεής· οἱ τοῦδε γὰρ
παῖδες γενόμενοι τέσσαρες ῥίζης μιᾶς,
ἐπώνυμοι γῆς κἀπιφυλίου χθονὸς [f. τῆς τετραφυλίου
λαῶν ἔσονται, σκόπελον οἳ ναίουσ' ἐμόν. λαῶν τ' v. H.
Γελέων μὲν ἔσται πρῶτος· εἶτα δεύτερος
* * * * * * * * *
Ὅπλητες Ἀργαδῆς τ' ἐμῆς ἀπ' αἰγίδος
ἔμφυλον ἕξουσ' Αἰγικορῆς. οἱ τῶνδε δ' αὖ
παῖδες γενόμενοι σὺν χρόνῳ πεπρωμένῳ
Κυκλάδας ἐποικήσουσι νησαίας πόλεις
χέρσους τε παράλους, ὃ σθένος τἠμῇ χθονὶ

V. 1561. οὔ φασί σε. Corr. Stephanus. — V. 1562. νομίζῃς. Corr. Lenting.

V. 1563. ἀνώχθη. Corr. Matthiae. — V. 1565. ἐρύσατο P.

V. 1570. οἷς ἐζεύξασθ' libri, ut fertur. Sed in P, teste V., est οἷς ἐζεύξαθ', quod habent apogr. Paris. Corr. Scaliger.

V. 1574. τῆσδ' P et superscr. γ' C. Correxit Hartung.

V. 1575. δ' pro τ' L. Dindorf. — V. 1577. γῆς τετραφυλίου ci. Hartung.

V. 1578. λαὸν — νέουσ' P.

V. 1579. τελέων. Corr. Canter. Lacunam statuit Badham.

V. 1580. ὁ πάντες ἀργαλῆς τ'. Correxit Canter. Reliqui loci incerta correctio est. Cf. *Commentarius*. — V. 1583. κυκλάδος P.

δίδωσιν· ἀντίπορθμα δ' ἠπείροιν δυοῖν
πεδία κατοικήσουσιν, Ἀσιάδος τε γῆς [f. Ἀσίδος v. H.
Εὐρωπίας τε· τοῦδε δ' ὀνόματος χάριν
Ἴωνες ὀνομασθέντες ἕξουσιν κλέος.
Ξούθῳ δὲ καὶ σοὶ γίγνεται κοινὸν γένος,
Δῶρος μέν, ἔνθεν Δωρὶς ὑμνηθήσεται
πόλις· κατ' αἶαν Πελοπίαν δ' ὁ δεύτερος
Ἀχαιός, ὃς γῆς παραλίας Ῥίου πέλας
τύραννος ἔσται, κἀπισημανθήσεται
κείνου κεκλῆσθαι λαὸς ὄνομ' ἐπώνυμον.
καλῶς δ' Ἀπόλλων πάντ' ἔπραξε· πρῶτα μὲν
ἄνοσον λοχεύει σ', ὥστε μὴ γνῶναι φίλους·
ἐπεὶ δ' ἔτικτες τόνδε παῖδα κἀπέθου
ἐν σπαργάνοισιν, ἁρπάσαντ' ἐς ἀγκάλας
Ἑρμῆν κελεύει δεῦρο πορθμεῦσαι βρέφος,
ἔθρεψέ τ' οὐδ' εἴασεν ἐκπνεῦσαι βίον.
νῦν οὖν σιώπα, παῖς ὅδ' ὡς πέφυκε σός,
ἵν' ἡ δόκησις Ξοῦθον ἡδέως ἔχῃ,
σύ τ' αὖ τὰ σαυτῆς ἀγάθ' ἔχουσ' ἴῃς, γύναι. [f. ἡσθῇς v. H.
καὶ χαίρετ'· ἐκ γὰρ τῆσδ' ἀναψυχῆς πόνων
εὐδαίμον' ὑμῖν πότμον ἐξαγγέλλομαι.
ΙΩ. ὦ Διὸς Παλλὰς μεγίστου θύγατερ, οὐκ ἀπιστίᾳ
σοὺς λόγους ἐδεξάμεσθα· πείθομαι δ' εἶναι πατρὸς
Λοξίου καὶ τῆσδε· καὶ πρὶν τοῦτο δ' οὐκ ἄπιστον ἦν.
ΚΡ. τἀμὰ νῦν ἄκουσον· αἰνῶ Φοῖβον οὐκ αἰνοῦσα πρίν,
οὕνεχ' οὗ ποτ' ἠμέλησε παιδὸς ἀποδίδωσί μοι.
αἵδε δ' εὐωποὶ πύλαι μοι καὶ θεοῦ χρηστήρια, [f. χαίρετ' κ.
δυσμενῆ πάροιθεν ὄντα. νῦν δὲ καὶ ῥόπτρων χέρας

V. 1588. ἕξουσι P. — V. 1589. γίνεται P. — V. 1591. pro γ' Barnes δ'.
V. 1594. ἐπώνυμος. Correxit Kirchhoff.
V. 1603. P. (sec. Vollgr.) εἴσῃ, non εἴῃς. C εἴῃ. ἴῃς Wakefield et Porson.
V. 1607. ἐνδεξόμεσθα. Correxit Musgrave.
V. 1608. Verba depravata, de quibus cf. *Commentarius*.
V. 1610 corruptus. Vide ibidem. — V. 1613. πύλαις. Corr. Barnes.

ἡδέως ἐκκρημνάμεσθα καὶ προσεννέπω πύλας.
ΑΘ. ᾔνεσ' οὕνεκ' εὐλογεῖς θεὸν μεταβαλοῦσ'· ἀεί ποτε
χρόνια μὲν τὰ τῶν θεῶν πως, εἰς τέλος δ' οὐκ ἀσθενῆ.
ΚΡ. ὦ τέκνον, στείχωμεν οἴκους. ΑΘ. στείχεθ', ἕψομαι δ' ἐγώ.
ΙΩ. ἀξία γ' ἡμῶν ὁδουρός. ΚΡ. καὶ φιλοῦσά γε πτόλιν.
ΑΘ. εἰς θρόνους δ' ἵζου παλαιούς. ΙΩ. ἄξιον τὸ κτῆμά μοι.
ΧΟ. ὦ Διὸς Λητοῦς τ' Ἄπολλον, χαῖρ'· ὅτῳ δ' ἐλαύνεται
συμφοραῖς οἶκος, σέβοντα δαίμονας θαρσεῖν χρεών·
εἰς τέλος γὰρ οἱ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων,
οἱ κακοὶ δ' ὥσπερ πεφύκασ', οὔποτ' εὖ πράξειαν ἄν.

V. 1614. ποτε pro που L. Dindorf.

V. 1616. στείχοιμεν. Corr. Schäfer. στείχεσθ'. Corr. Canter.

V. 1617 totus et ex vs. 1618 verba ἄξιον — μοι in libris tribuuntur Creüsae. Correxit Hermann.

V. 1620. θαρρεῖν P, ut apogr. Paris.

COMMENTARIUS.

Neque omnino valde admiror prologorum inventum raro utile, saepe perniciosum, quo praeripiatur spectatori voluptas ex ipsa fabulae sapienter instituta oeconomia sensim discendi ante-acta non minus quam praesentia ac futura, et vehementer mihi displicent prologi, qualis hic est, ubi non tantum ὁ προλογίζων ab ipsa actione alienus est, sed ne probabilis quidem causa afferri potest, cur in scenam prodeat (vanam enim ac puerilem esse arbitror quam poeta fingit vs. 76 sq.), nisi haec una, ut ea doceantur spectatores, quae facile postea partim ex dialogis Ionis cum Xutho et Creüsae cum paedagogo, partim e Pythiae sermone intellegere potuerant. Mercurium fratris rogatu arcam vimineam Delphos transportasse si sciri intererat, verbo de ea re monere potuit in fabulae exitu Minerva.

Prologum igitur in hac fabula agit Mercurius, ut in Alcestide Apollo, in Hippolyto Venus, in Troadibus Neptunus, in Hecuba umbra Polydori, in Cyclope Silenus, in Bacchis Bacchus. Sed Bacchus et Silenus (et aliquatenus Apollo ac Venus) simul sunt dramatis personae, (ut in Aeschyli Prometheo Mercurius et Vulcanus, in Eumenidibus Furiae et Apollo, in Sophoclis Aiace Minerva). In reliquis

fabulis Euripideis προλογίζει homo aliquis ex eorum numero, qui partes agunt in dramate. In Ionis exitu haud secus atque in Iphigenia Taurica et in Supplicibus verba facit Minerva, ut in Rheso Musa, in Hippolyto Diana, in Andromacha Thetis, in Oreste Apollo, in Helena et Electra Gemini, in Bacchis Bacchus. Apud Aeschylum in fabularum fine nullus deus loquitur neque apud Sophoclem praeterquam in uno Philoctete, ubi apparet in deorum numerum receptus Hercules, qui amico suo Philocteti persuadeat, ut deorum pareat decretis et ad Troiam proficiscatur cum Neoptolemo et Ulixe. Ibi vero dignus est tanto vindice nodus.

1. χαλκέοισι. Postulante metro tragici utuntur formis solutis χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος, similibus. Cf. Dindorfii Lex. Soph. i. v. χρύσεος, et infra v. 434 νώτοισιν φέρων. Quod libri habent νώτοις οὐρανόν, hos numeros iure improbatos a Porsono in praefat. ad Hecub. pag. 30 frustra ita defendit Hermannus, ut de industria sic scripsisse putet poetam, ut numero scilicet graviore et ponderosiore spectatorum animis quasi repraesentaret gravem molem, quae hic describatur [1]). Ut taceam hanc sententiam nullo idoneo exemplo confirmari posse, bene Dindorf et alii intellexerunt praeterea offensioni esse vs. 2 incipientem ac desinentem in eodem vocabulo θεῶν et ineptum esse ibidem ἐκτρίβων. Partim ex illius partim e mea coniectura dedi quae vides, de quibus pluribus disputavi in *Verslagen en mededeelingen der Koninklijke Academie van Wetenschappen*, tom. IV, 2, pag. 174.

2, 3. τριῶν μιᾶς ἀλόχων. Atlas habuit tres coniuges, Pleionen, Aethram et Steropen, ex quarum prima procreavit

---

1) Non ignoro recentem quandam doctrinam, cuius auctor est Nic. Wecklein in opusculis *Ars Sophoclis emendandi*, p. 68 et *Studien zu Aeschylos*, p. 131 sq., quem sequi videtur W. Christ *Metrik der Griechen und Römer*, p. 360, scil. *offensioni non esse neglectam pausam post caesuram semiseptenariam.* Quae doctrina ut vera sit, hic tamen locus manifesto laborat.

Mercurii matrem, Maiam. Androm. 276 Deus vocatur ὁ Μαίας τε καὶ Διὸς τόκος.

4. δαιμόνων λάτριν. Cf. Prometh. 966 sqq. Similiter Iris in H. F. 823 se vocat τὴν θεῶν λάτριν. Vocabulo saepe noster in utroque genere usus est.

5 sq. ὀμφαλόν — καθίζων. Tragicorum locos Delphos, terrae umbilicum, spectantes collegi ad Oed. Reg. 480. Vide infra ad 223. E Latinis adde incerti poetae verba apud Cicer. de div. II. 56, 115: *Sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obtines, cett.* — Verba sedendi a poetis cum Accusativo coniungi solent, ut in hac ipsa fabula vs. 91 et 366. Similiter, etsi rarius, standi verbum velut Orest. 1251 στῆθ' — τρίβον, Suppl. 987 τί ποτ' αἰθερίαν ἕστηκε πέτραν;

6. ὑμνῳδεῖ. Cf. infra 93 sq. et 681. Laudavit hos versus Eustathius ad Dionys. 1181, ut ostendat ὑμνῳδεῖν interdum poni ἀντὶ τοῦ ἐμμέτρως ᾄδειν.

7. τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα. Sic Helen. 14 de Theonoe: τά τ' ὄντα καὶ μέλλοντα πάντ' ἠπίστατο. Uterque locus factus ad similitudinem Homerici illius de Calchante: ὃς ᾔδει τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα πρό τ' ἐόντα.

9. χρυσολόγχου Παλλάδος. Arist. Thesm. 317 κόρα γλαυκῶπι χρυσόλογχε. Eandem noster Phoen. 1381 appellat χρυσάσπιδα, Aeschylus Sept. 106 Martem χρυσοπήληκα, Sophocles O. R. 209 Bacchum χρυσομίτραν et O. C. 693 χρυσάνιον Venerem, idemque Aiac. 847 Soli tribuit χρυσόνωτον ἡνίαν, ut taceam Apollinis auream caesariem (χρυσοκόμας), eiusdem aureum arcum et reliquam auri vim, quam larga manu omnium temporum poetae profundere solebant et solent.

10. ἔζευξεν γάμοις βίᾳ verecunde dictum pro ἐβιάσατο, vim intulit. Nam ζεῦξαι γάμοις τινά est matrimonio iungere, uxorem ducere. Cf. Phoen. 1366, Bacch. 468, Iph. A. 698. Alibi rectius hoc sensu ponitur verbum medium, ut infra 901, Alc. 994, Troad. 671. Passivum est

nfra 949. Cf. Antig. fr. 8, 1, Iph. A. 907, Phoen. 337, Suppl. 822, cett.

11. *προσβόρρους πέτρας Μακράς.* Cf. 494 et 936. Pausanias I 28, § 4: *καταβᾶσι δ' οὐκ ἐς τὴν κάτω πόλιν, ἀλλ' ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια, πηγή τε ὕδατος ἐστι καὶ πλησίον Απόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ καὶ Πανός. Κρέουσῃ δὲ θυγατρὶ Ἐρεχθέως Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι κτέ.* Male olim Barnes hoc antrum confudit cum eo, quod a meridie arcis erat imminens theatro Bacchi, memoratum ab eodem Pausania cap. 21 § 4.

12. Uncinis sepsi versum mihi suspectum ob repetitum brevi intervallo Deae nomen et abundantiam verborum *τῆς Ἀθηναίων χθονός*, ut taceam impeditiorem structuram, quam tamen fortasse cum Matthiaeo tueri possis locis Cycl. 293, Soph. Trach. 1193, Phil. 489. Natus videtur ex interpretamento Alexandrinis Byrantinisque fortasse necessario, non Atheniensibus, qui ubi *Μακραί* essent non erant docendi. Si quid addere placuisset Euripidi, potius scripsisset quod proposuit Usener Mus. Rhen. XXIII, pag. 154, citatus a Dindorfio. Vide *Verslagen*, IV, 2, p. 177.

13. *γῆς ἄνακτες.* Vulgo sic audiunt proceres, ut infra 1222. Cf. Soph. O. R. 911, Ant. 988, O. C. 831. Quae tamen vocabuli potestas huc non quadrat. Cur enim soli proceres rupem ita vocassent? Verte terrae domini, cl. Phoen. 1008, ita tamen ut incolas (Athenienses) intellegas. — Quae fuerit primitiva vocabulorum *ἄναξ* et *ἀνάσσω* potestas, optime apparet ex adverbio *ἀνακέως*, quo utebantur Iones pro *ἐπιμελῶς*. Hinc apud Sophoclem nescio quis portae custodem alloquitur verbis *πύλης ἄναξ θυρωρέ.* (Cf. Miller Mélanges de litt. Gr. pag. 32). Aeschylus Pers. 370 et post eum Euripides Cyclop. 86 remigem vocarunt *κώπης ἄνακτα*, idem Spartanos *ψευδῶν ἄνακτας* Androm. vs. 447.

14. *ἀγνὼς — πατρὶ* clam patre, nove, sed optime

dictum. De adiectivi usu vide quae adnotavi ad Oed. Reg. 677 (pag. 133 meae editionis).

16. παῖδ' — βρέφος. Similiter, quod iam observavit Musgrave, uno versiculo ambo vocabula coniunxit Phoen. 22 ἔσπειρεν ἡμῖν παῖδα καὶ σπείρας βρέφος, quo de loco tamen vide quae scripsi *Verslagen*, IV, 1, p. 90. Saepe tali abundantia usi sunt tragici, ubi unum vocabulum suffecisset. Cuius rei vide quae exempla collegi ad Oed. Reg. 637, quibus cum alia addi possunt tum Trach. 202. αἵ τ' εἴσω στέγης αἵ τ' ἔξω αὐλῆς, Eur. Hipp. 10 ὁ γάρ με Θησέως παῖς 'Αμαζόνος τόκος, Elect. 411, Phoen. 568, 778. Qui usus non satis observatus interdum fraudi fuit criticis, velut Androm. 385, ubi nihil opus est Nauckii coniectura γὰρ λίαν proponentis pro τ' ἀθλία, et in hac ipsa fabula vs. 303, ubi vide adnotationem.

17. ηὐνάσθη θεῷ passive, ut infra 1484 Φοίβῳ — κρυπτόμενον λέχος ηὐνάσθην. Frustra igitur Reiskius coniecit οὐ παρευνάσθη θεῷ, immemor quoque loci Homerici Il. Π 176. γυνὴ θεῷ εὐνασθεῖσα. In Phaethontis fragm. 775 ed. Dind. v. 1 pro ὅτ' εὐνάσθη vide ne rectius legatur prima persona ὅτ' ηὐνάσθην?

19. ἀντίπηγος εὐτρόχῳ κύκλῳ. Nauck cl. vs. 1390 coniecit εὐκύκλῳ κύτει, nimio molimine, quia solum εὐτρόχῳ absurdum est neque in κύκλῳ quicquam est reprehendendum. Meinekio placuit εὐτοίχῳ, mihi (ad Oed. Reg. p. 85) εὐτόρνῳ. Cf. Troad. 1197 ἴτυος ἐν εὐτόρνοισι περιδρόμοις et ἀμφίτορνον ἀσπίδα ibidem 1156. Εὔτορνος κύκλος ἀντίπηγος est cista accurate rotunda, ad circinum fabricata. Vide εἰλικτόν vs. 40. Nec tamen, cl. vs. 37, male conieceris εὐπλόκῳ, bene contexto. Ipse poeta Bacch. 868 dixit εὔπλεκτος. 'Αντίπηγα recurrit infra 1338 et 1380, eoque pertinet Hesychii glossa: ἀντίπηγα· κίστην. Εὐριπίδης Ἴωνι. Eandem vs. 37 vocat πλεκτὸν κύτος, vs. 39 ex mea coniectura πλέκος (codd. κύτος) εἵλικτὸν ἀντίπηγος, 1337,

1398 et 1412 ἄγγος, 1391 περίπτυγμ' ἀντίπηγος εὐκύκλου. Vs. 273 Erichthonii cista dicitur τεῦχος. Utile est observasse quot modis bonus poeta eandem rem soleat significare, ut intellegas ubi sine causa idonea idem vocabulum brevissimo intervallo in eadem praesertim sede recurrat, plerumque a librariis peccatum esse, non ab auctore.

20. προγόνων νόμον σῴζουσα. Cf. 25 et 1426 sqq. Apparet autem e vs. 1431, aureos torques serpentis figuram referentes circumdari solitos fuisse ab Atheniensibus liberis recens natis; cuius moris (a nemine praeterea, quod sciam, memorati) originem poeta aperit vs. 21 sqq. Conferunt interpretes Ovid. Metam. II. 552 sqq.

tempore quodam
Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
clauserat Actaeo texta de vimine cista,
virginibusque tribus, gemino de Cecrope natis,
hanc legem dederat, sua ne secreta viderent.
—— Commissa duae sine fraude tuentur
Pandrosos atque Herse. Timidas vocat una sorores
Aglauros, nodosque manu diducit; at intus
infantamque vident, adporrectumque draconem cett.

et AMELESAGORAM, Athidis auctorem, apud ANTIGONUM CARYSTIUM, *Hist. Mirab.* c. 12, qui ut Euripides duos memorat serpentes, et praeter Aglaurum Pandrosum quoque violati secreti insimulat. Ex codicum lectione Φύλακας (quam e certa lege metrica emendavit Porsonus) discant tirones, quam proni scribae fuerint ad mutandum numerum dualem (quo seri Graecorum nepotes non amplius utebantur) in pluralem.

23. Ἀγλαυρίσι. Impense miror Dindorfium et recentiores fere editores ubique retinuisse formas Ἄγραυλος et Ἀγραυλίδες, quas tamen pravas esse apparet tam Hesychii testimonio, apud quem haec vocabula leguntur inter ἀγλαυκόν et ἀγλαύσινον, quam librariorum more praeferendi eas vocabulorum

formas, quarum originem sibi videantur intellegere. Confuderunt enim haec nomina propria cum adiectivo ἄγραυλος. Utrum autem Ἀγλαυρίς cum ἀγλαός cohaereat an (per metathesin) cum ἄγραυλος, equidem non definiam.

25. ὄφεσιν. Tragici, qui frequenter utuntur vocabulis δράκων et ἔχιδνα et (excepto Sophocle) ὄφις, abstinuerunt a substantivo ἔχις (= ἔχιδνα, vipera), quod non magis reperitur apud comicos, sed exstat apud Platonem, Demosthenem, Aristotelem, alios.

26. χλιδή, proprie luxuries (= τρυφή), h. l. concreta notione ponitur pro κόσμος. Sic comae Phoen. 224 vocantur παρθένιος χλιδά (cf. Soph. El. 52), Hel. 431 de vestimentis: χλιδάς τε πόντος ἥρπασε, Thes. fragm. μυρίων πέπλων χλιδήν, Androm. 2 (cf. 147) ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ, Iph. A. 74. βαρβάρῳ χλιδήματι. Describitur ornamentum infra 1413 sqq. Cf. 1490 sqq., ubi, ut h. l. dixit προσάπτειν, poeta utitur alio composito ἐνάπτειν.

30. Versum cur habeam suspectum exposui *Verslagen*, IV, 2, p. 177. Formis autem epicis πτόλις (nam ita codd.) et πτόλεμος tragici non nisi metri causa utuntur haud aliter quam formis: νοῦσος, ξεῖνος, γούνατα, κοῦρος, δουρί, εἱλίσσειν, εἵνεκα, μαστεύειν, φιτύειν (pro ματεύειν, φυτεύειν), articuli formis incipientibus a consonanti pro pronomine relativo, aliis.

31. βρέφος νεογνόν. Cf. 280, sed vs. 1339 postulante metro νεόγονον βρέφος, vs. 1001 ὄντι νεογόνῳ et 1431 δέραια παιδὶ νεογόνῳ. Apud Sophoclem neutra forma reperitur, apud Aeschylum (Ag. 1163) semel νεογνός, semel (Choeph. 530) νεογενής, quod non est apud reliquos. Post syncopen accentus ab antipaenultima cedit in ultimam, ut ex Τρώιος fit Τρῳός. Vs. 31 et 283 numerorum ratio poetam uti prohibebat forma soluta, siquidem constat tragicos in tertiam sedem non admisisse tribrachyn integro vocabulo formatum. Cf. C. F. MUELLER, *de pedibus solutis in dialogorum senariis*, pag. 56.

32. *αὐτῷ σὺν ἄγγει.* Rarior in antiquo sermone Attico usus praepositionis, qui ubi *αὐτός* additur omitti solet, movisse videtur Nauckium, ut coniceret *αὐτῷ ζυγάστρῳ.* Dubito tamen num cista, qualis hic describitur vimine texta, ita dici potuerit. Videamus enim grammaticorum testimonia. Hesychius *ζυγάστρ(ι)ον· κιβώτιον. ζύγαστρος* (l. *ζύγαστρον*)*· κιβωτός, σορὸς ξυλίνη.* Pollux VII, 79 *εἰς ἃ δ' ἀπέθεντο τὰς ἐσθῆτας ταύτας, χηλοὶ μὲν καθ' Ὅμηρον, κοῖται δὲ καὶ κιβωτὸν καὶ κίσται καὶ ζυγάστρια παρὰ τοῖς νεωτέροις καὶ ῥίσκοι καὶ κανδύτανες, ἴσως και ἀόρται κτέ.* Cf. X, 138. Etymologus magnus p. 412, 28 *ζύγαστρον, τὸ κιβώτιον, ὥς φησι Σοφοκλῆς* (Trach. 692) *κοίλῳ ζυγάστρῳ· — κυρίως ἡ ξυλίνη σορός· παρὰ τὸ ἐνεζεῦχθαι καὶ ἐνδεδέσθαι ἀλλήλαις* ΤΑC CΑΝΙΔΑC. Cf. 443, 53 et Photius in voce, qui addit *οὕτως Εὐριπίδης* (fr. 1110), ubi fortasse verum vidit Naber, pro Euripide Sophoclis nomen substituendum esse monens in adnotatione. Nec fortasse quicquam mutandum. Cf. Hom. Il. I, 194, Od. *ν*, 118. Hippol. 1213: *αὐτῷ δὲ σὺν κλύδωνι καὶ τρικυμίᾳ κῦμ' ἐξέθηκε ταῦρον,* propter praegressum *τρικυμίᾳ* vehementer dubito, num sanum sit *κῦμα.* Verum esse suspicor *οἶδμ' ἐξέθηκε ταῦρον.*

35 sq. *τὰ δ' ἄλλ' — ἡμῖν μελήσει.* Cf. H. F. 726 sq.

36 sq. *χάριν πράσσων.* Cf. 895. Alibi noster *χάριν διδόναι, φέρειν, τίθεσθαί τινι* pro *χαρίζεσθαι.* Cf. Or. 104, 239, El. 61 (ubi l. *τιθεμένη χάριν,* ut olim monui. Cf. Dind. Scen. V.) cett.

37. *ἐξάρας.* Composito poeta non utitur propter vs. 31 *λαβὼν ἐκ κοίλης πετρας,* sed ponitur pro verbo simplici, ut Hecub. 1279, Med. 106, alibi.

38. *ἤνεγκα* rarior forma pro *ἤνεγκον,* quam in prima persona tragici non nisi metri causa adhibent. — *κρηπίδων ἔπι.* Significatur templi crepida, basis, in qua stant columnae, quae faciunt porticus.

39. *κύτος* male repetitum e vs. 37, qui est frequens error. Sic Alc. 706 *πλείω λέλεκται νῦν τε καὶ τὰ πρὶν κακά*

ultima vox e praegressis sumta videtur. Sententia ibi postulat aliquid huiuscemodi: πλείω λέλεκται νῦν τε καὶ πρὶν ἢ πρέπει. Phoen. 523 ὡς οὐ παρήσω τῷδ' ἐμὴν τυραννίδα pronomen demonstrativum ineptum est post secundam personam ζεύγνυσθε — πίμπλαθ', itaque, si versus genuinus est, non dubito quin τῷδ' male repetitum sit e vs. 520, et substituendum σοίγ'. Quod hic proposui πλέκος, est Ach. 454 et Pac. 528.

40. ὁρῷτο. Sequitur Optativus post Praesens historicum.

41. poetice dictum pro ἅμ' ἡλίῳ (ἀνατέλλοντι), ἅμ' ἕῳ. Ἡλίου κύκλος, ut Hec. 412 et Alc. 208. Mirandum non est Pythiam, solis prophetissam, cum ortu Dei ad oraculum eius se conferre. — ἱππεύοντος. Soli quadrigam, nocti bigam tribuere solent poetae. De sole cf. 82, de nocte infra 1150. Aurora Orest. 995 vocatur μονόπωλος.

Euripides verba εἰσβαίνειν et εἰσβάλλειν constanter iungit cum Accusativo, exceptis locis Elect. 79. βοῦς εἰς ἀρούρας εἰσβαλών, et 775 εἰσβάντες — εἰς ἁμαξιτόν. Similiter verbo εἰσέρχομαι bis tantum addidit praepositionem Phoen. 534 et Orest. 1119, et in reliquis quoque verbis ita compositis rara est apud eum praepositionis repetitio. Εἰσπίπτειν coniungit utrique casui, Dativo et Accusativo.

44. ἐθαύμασ' εἰ τλαίη. Cf. Badham. ad h. l., qui recte contendit idem esse ac si dixisset ἐθαύμασα τλῆναι. Med. 184 φόβος εἰ πείσω valet — μὴ οὐ πείσω.

45. ὑπὲρ — θυμέλας. Cf. 161, 228. Hic nihil aliud dicit quam ἔξω τοῦ ἱεροῦ. Praepositionis vis eadem est, qua dicitur ὑπερβαίνειν δῶμα pro ἐξιέναι ἐκ τῆς οἰκίας.

47. καὶ θεός. Vix recte, non impediente metro, ubi Apollo diserte significatur, abest articulus. Nec tamen cum Kirchhoffio scripserim ὠμότητ'· ὁ γὰρ θεός, quia bene ex librorum lectione poeta dicit Pythiae, iam sponte sua misericordia tactae, benevolentiam auxisse Apollinem, cui cordi esset pueruli sors. Melius igitur et simplicius Dindorf χὠ pro καὶ. Et sic rectius sequitur τρέφει δέ.

51 cur spurium existimem exposui *Verslagen*, IV, 2, p. 177. Ad ἀμφιβώμος cf. notata ad vs. 376. Librorum lectioni corruptae apposui quod coniecisse nondum me poenitet Exerc. Crit. p. 144, cl. vs. 323. Leniorem, quam in adn. crit. memoravi Mülleri coniecturam, non intellego.

52. ἀπηνδρώθη δέμας. Cf. ἠνδρωμένοι H. F. 42. Infra 322 εἰς ἄνδρ' ἀφίκου. Substantivum δέμας ex abundanti adiectum, ut saepe apud tragicos. Non raro adhibetur periphrastice, ut κάρα, alia. Cf. Or. 107, Iph. A. 936, Iph. T. 1440, Hecub. 712, quosque ibi locos contulit Pflugk.

53. ἠλᾶτ'. Cf. ἀλητεία 576, ὁ Φοίβειος ἀλάτας 1089. — ἀθύρων. Cf. fragm. 325, ἄθυρμα legitur fr. 274, τίς δ' οὐχὶ χαίρει νηπίοις ἀθύρμασιν; ubi νηπίων corrigendum esse monui *Verslagen*, IV, 1, 106.

54. χρυσοφύλακα. Quae deinde de Ionis munere ex ipso accipimus (cf. praeter monodiam vs. 414, 434 sq.) eo tendunt, ut non thesaurarium, sed aedituum eum fecisse Delphos putemus, νεωκόρον, cuius est κορεῖν, σαίρειν loca sacra, quod Io facit 114 sqq., sive quod eodem redit, ναοφύλακα, quemadmodum Euripidem scripsisse non male suspicatur Nauck. Vide sis argumentum et cf. Iph. T. 1284. Vulgatae scripturae ansam dare potuit quod additur ταμίαν τε πάντων πιστόν. — Χρυσοφύλακες ii sunt qui Androm. 1098 a poeta dicuntur ὅσοι θεοῦ χρημάτων ἐφέστασαν.

55. ἀνακτόροις. Cf. 1224. Ut dii audiunt ἄνακτες, ita templa ἀνάκτορα. Vocabulo saepe utitur noster, semel Sophocles (fr. 696), nusquam Aeschylus. Peculiari nominis forma Gemini dicebantur ἄνακες, eorumque delubra ἀνακεῖα.

56. καταζῇ. Verbum compositum alibi in tragoedia non reperitur. — δεῦρ' ἀεί = μέχρι τοῦδε formula est Euripidi fere propria. Cf. Hel. 761, Phoen. 1209, Orest. 1663, Med. 670, Sophocles nusquam usus est, semel Aeschylus Eumen. 596, semel Aristophanes Lys 1135, qui tamen vs. ex Euripide sumtus videtur. E pedestribus solus, quod sciam,

adhibuit Plato, qui interdum nudum δεῦρο sic usurpavit, Theaet. p. 143 A et Tim. p. 21 D.

58. ἄπο bene Badham. Hippol. 803 λύπῃ παχνωθεῖσ' ἢ 'πὸ συμφορᾶς τίνος. Rectissime contra συμφορᾶς ὕπο habet Hecub. 597.

59. Χαλκωδοντίδαις. Ita dicti sunt Euboëenses a rege eorum Chalcodonte, qui ab Amphitryone et Thebanis victus in proelio periit. Plut. Mor. pag. 1378 et Eustath. in Il. B. 541 (qui hunc locum citat). MUSGRAVE.

60. πολέμιος κλύδων. Suppl. 447 κλύδων δορός. (Cf. Phoen. 859), Iph. T. 316 κλύδωνα πολεμίων, Hec. 118 ἔριδος κλύδων, Med. 362 κλύδωνα κακῶν, Fragm. 362 πολεμία — φλόξ.

63. ἐγγενής. Cf. 293, Rhes. 404, Soph. O. C. 452, Ant. 199, El. 428. Opponitur ξένος, ἔπηλυς. Recte Pierson H. F. 257 pro ἐγγενῶν coniecit τῶν νέων. Interdum ponitur pro συγγενής v. c. El. 312, Suppl. 134, O. R. 1168. O. C. 1167, Ant. 659.

65. ἄτεκνός ἐστι καὶ Κρέουσα. Ad structuram cf. Alc. 651, Med. 503, Hel. 412 sq.

67. ἥκουσι — ἔρωτι παίδων. Cf. 303, 1227. Idem sciscitatur Aegeus in Medea vs. 608 sq.

68. κοὐ λέληθεν, ὡς δοκεῖ, i. e. nec (me) fefellit, i. e. nec clam me id facit, ut sibi videtur. Absurda est vulgata interpretatio: nec est oblitus filii, ut existimatur. Id vero est λέλησται.

73. τὰ πρόσφορα, quod aequum est. Cf. Helen. 429, 508, 1299.

74 sq. Versus otiosos ob 80 sq. et male compositos notavi *Verslagen*, IV, 2, pag. 177 sq.

76. δαφνώδη γύαλα. FRITSCHE ad Thesmoph. 110 „Γύαλα constanti quodam poetarum usu de adyto templi Delphici ponuntur, verbi causa apud Eur. Ion. 76, 220, 233, 245, Phoen. 244, Androm. 1093, ubi γύαλα Φοίβου

sive *θεοῦ γύαλα* identidem commemorata sunt." In ea re tragici imitantur vates antiquiores Hesiod. theog. 499, Hom. hymn. Apoll. 5, 25, 396 *γύαλα Παρνησοῖο*. Hinc Soph. fr. 401 certa emendatione supplet Nauck: *νῦν δ' οὔτε μ' ἐκ Δωδώνης οὔτε Πυθικῶν | γυ(άλ)ων τις ἂν πείσειεν.*

Ceterum fateor mihi obscurum esse, quo pacto Mercurius, quem nihil lateat eorum quae Apollo facturus sit, dicere possit illud (77) *τὸ κρανθὲν ὡς ἂν ἐκμάθω παιδὸς πέρι*, idque eo minus, quia nihildum *ἐκράνθη*. Cf. *Verslagen*, l. l. p. 178. Intrat autem, ut videtur, Mercurius unde videt Ionem exeuntem (*ἐσβήσομαι — ἐκβαίνοντα*), ita tamen ut ab illo nec conspiciatur neque audiatur, sed solis spectatoribus *φαίνηται ἐναργής*. Venus in Hippolyto vs. 51: *ἀλλ', εἰσορῶ γὰρ τόνδε, παῖδα Θησέως | στείχοντα θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα, | Ἱππόλυτον, ἔξω τῶνδε βήσομαι τόπων.*

82. *ἅρματα — τεθρίππων.* Frequentius est apud nostrum *ἅρμα* (*ἅρματα*) *τέθριππον* (*τέθριππα*), vel *τέθριππος ὄχος*. Saepius quoque *τέθριππα*, omisso substantivo ut infra 1240. — Inepte vulgo legitur *λάμπει*, pro quo reposui Musgravi coniecturam *κάμπτει*, i. e. flectit. Minus probabile est quod proposuit Sybel *λευκὰ — λάμπει* et alia de causa, et ob sequens *καταλαμπόμεναι*.

84. *πυρὶ τῷδε* habet cod. C, a metrico interpolatus, cui lectioni iure Badham, addita praepositione *ἀπό*, praetulit libri P scripturam *πῦρ τόδ'*. Improbandum quod coniecit Kirchhoff *πυρπόλ'*, quod adiectivum Euripides Suppl. 640 de fulmine posuit notione huic loco non aptum. Nam aliud est *πυρπόλος*, aliud *πυρόεις*. Ad *πῦρ τόδε* cf. Iph. A. 156 *Λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠὼς πῦρ τε τεθρίππων τῶν Ἀελίου.* Theatrum Atheniensium erat a meridie arcis versus ortum, et spectatores sub divo ita considebant, ut viderent solem orientem. Aptissimum igitur est in ore actoris pronomen demonstrativum.

86. Pro *Παρνησιάδες* restitui formam Doricam, qua con-

stanter in hoc nomine scriptores Attici usi sunt. Androm. 1101 veram formam poetae reddidit Lud. Dindorf.

ἄβατοι κορυφαί. Plura Parnasus (cui hodie Λιάκουρα nomen) habet cacumina, sed vulgo duo memorantur altissima, septentrionale Τιθορέα (Her. VIII, 32) et meridionale Λυκώρεια, hodie Λυκέρι (cuius altitudo est 2459 ulnarum s. pedum 8196) prope Delphos cum antro, cui Κωρύκιον nomen (Herod. VIII, 36, Strabo IX, 418). Illud cacumen Baccho sacrum erat, hoc Apollini. Cf. Nub. 603 sq., Phoen. 236 sq. Iph. T. 1243. Hinc vocatur δικόρυφος, biceps et bivertex. Ovid. Metam. 1, 316:

Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
nomini Parnasus superatque cacumina nubes.

Perhibetur ab antiquis per totum fere annum nive tectus fuisse (Strab. VIII, p. 379, Eur. Phoen. 214, Soph. O. R. 473 [1]). Mons erat olim nemorosus (Od. XIX, 432 sq., Herc. Fur. 237 sqq.): inferiores partes lauros, myrtos oleasque

---

1) Cf. BYRON, *the Siege of Corinth* XIV, 7 sqq. GUILIELMUS VISSCHER in libro *Erinnerungen und Eindrücke aus Griechenland*, p. 595: „Phokis findet seinen Mittelpunct in dem mächtigen Gebirgstock des Parnasses, dessen den grössten Theil des Jahres schneebedeckten Haupt über die meisten Gebirge der Umgegend stolz hervorragt." Idem p. 614: „Grosse Schneefelder trennten uns noch vom Lykeri," et mox „so erklommen wir die schneebedeckte Spitze Lykeri." Visscher montem conscendit a. 1853 m. Maio. Media tamen aestate aevo recentiore mons a nive liber esse videtur. Cf. Walpole Mem. p. 72, et Clarke Trav. VII, p. 218 et 277. „Der Parnass," ait Visscher „bildet nicht eine längere Gebirgkette, sondern erscheint als eine breite, fast viereckige, nach allen Seiten hin abgeschlossene Gebirgsmasse, die nur nach W. mit den Gebirgen Aetoliens durch ein hohes Joch zusammenhängt, und fast überall steil abfällt. — Der Charakter des ganzen Gebirges ist vorherrschend rauh und erhaben, obwohl wir auch am Parnass Mannichfaltigkeit und überraschende Abwechslung nicht vermissen. — Mit schroffen Felsabhängen schneebedeckten Gipfeln und ganz öder Schluchten wechseln wohlcultivirte sanften Abhänge, liebliche, reich bewässerte Gründe und schattenreiche Thäler."

6

ferebant, superiores pinus. Plin. N. H. XV, 30, 40. XVI, 39, 76. Cf. Visscher, p. 600. Vide infra ad 1266.

87. τὴν ἡμερίαν ἁψῖδα, diurnam rotam. Hipp. 1233 ἁψῖδα — ὀχήματος. Notus est Valerii Flacci versus: inde patefecit radiis ROTA candida coelum. Seneca H. Oet. 1022 testor nitentis flammeam Phoebi ROTAM, et ita saepius poetae Latini. Similiter in Indorum literis rotam Solis esse symbolum tradunt illarum periti.

89. σμύρνης ἀνύδρου, secundum Brodaeum „quia solo arido et sicco gaudet." Potius crediderim, quia suffimentorum, nisi sicca sunt, nullus est usus. Reiske, qui in re metrica plane erat hospes, coniecit Ἀσσυρίου scilicet. Si vocabulum esset depravatum, melius certe coniecisset σμύρνης δ' Ἀράβων καπνός. Sed nihil temere novandum.

91. θάσσει. Cf. quae scripsi ad O. R. 2 et 20. Cognatum est fortasse Hesychianum θέσσεσθαι· αἰτεῖν, ἱκετεύειν et θεσσόμενος· δεόμενος, ζητούμενος (suspicor ἐξαιτούμενος, cl. θέσσαντο· ἐξῄτησαν), ἱκετεύων, unde θέσσαντο ap. Pind. Nem. V. 18 et θεσσάμενος Hesiod. fr. 23. Nuper Mor. Schmidt Sophocli O. R. 33 pro ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι reddendum coniecit θεσσόμεσθ' ἐφέστιοι. Od σ 191 Bekker, *Hom. Blätt.*, pro μιν θησαίατ' reponendum coniecit μιν θεσσαίατ' interpretatus ποθοῖεν, Nauck θηήσαιτ', deleto μιν. — τρίποδα ζάθεον. Locum his verbis descripsit Iustinus XXIV, 6: In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planities exigua est atque profundum terrae foramen, quod in oracula patet; ex quo frigidus spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus mentes vatum in vecordiam vertit impletasque deo responsa consulentibus dare cogit. Cf. Cic. de divin. I, 36, Diod. Sic. XVI, Plut. de def. orac. 42, Hinc noster Iph. T. 1249 μαντεῖον χθόνιον vocat, et olim, auctore Diodoro, ἐνομίσθη τῆς Γῆς εἶναι τὸ χρηστήριον. Cf. Aeschyli Eumenidum principium ibique interpretes. De ipso

tripode et de Pythia Diodorus l. l. *ταύτῃ δὲ* (Pythiae) *κατασκευασθῆναι (λέγεται) μηχάνημα, ἐφ' ἣν ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς ἐνθουσιάζειν καὶ μαντεύεσθαι τοῖς βουλομένοις. εἶναι δὲ τὴν μηχανὴν τρεῖς ἔχουσαν βάσεις, ἀφ' ὧν αὐτὴν τρίποδα κληθῆναι· σχεδὸν δὲ παντὸς τοῦ κατασκευάσματος ἀπομιμήματα γίνεσθαι τοὺς ἔτι καὶ νῦν κατασκευαζομένους χαλκοῦς τρίποδας* (quod nemo facile verum esse sibi persuadebit) — *θεσπιῳδεῖν δὲ τἀρχαῖον λέγεται παρθένους διά τε τὸ τῆς φύσεως ἀδιάφθορον καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ὁμογενές· ταύτας γὰρ εὐθετεῖν πρὸς τὸ τηρεῖν τἀπόρρητα τῶν χρησμῳδουμένων. ἐν δὲ τοῖς νεωτέροις χρόνοις φασὶν Ἐχεκράτην τὸν Θετταλὸν παραγενόμενον εἰς τὸ χρηστήριον — βιάσασθαι (τὴν Πυθίαν)· τοὺς δὲ Δελφοὺς — νομοθετῆσαι μηκέτι παρθένον χρηστηριάζειν, ἀλλὰ γυναῖκα πεντηκόντα ἐτῶν, κοσμεῖσθαι δ' αὐτὴν παρθενικῇ σκευῇ, καθάπερ ὑπομνήματι τῆς παλαιᾶς προφήτιδος.* Cf. Strabo IX, p. 419. Loco, quem tractamus, Pythia canere dicitur quae ipse deus praecinerit (*κελαδήσῃ*). Cf. Theognis 805 sq.

92. *Δελφίς.* Delphorum nomen primum occurrit in hymno Homerico in Dianam 14: *Δελφῶν ἐς πίονα δῆμον.* Nomen antiquius est *Πυθῶ*, s. *Πυθών*. Il. IX. 404 sq.:

οὐδ' ὅσα λάινος οὐδὸς ἀφήτορος ἐντὸς ἐέργει
Φοίβου Ἀπόλλωνος Πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ

de quibus versibus vide quae narrent Diodorus XVI, 56, Strab. IX, p. 421, Aelianus V. H. 6, 9. De oraculo cf. Od. VIII, 80 et XI, 581. Nominis originem a caede serpentis derivat auctor hymni in Apollinem 194:

ἐξ οὗ νῦν Πυθὼ κικλήσκεται. οἱ δὲ ἄνακτα
Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκα κεῖθι
αὐτοῦ πῦσε πέλωρ μένος ὀξέος ἠελίοιο.

Tradit Plutarchus Op. Mor. p. 522, ait Musgrave, Pythiam priscis temporibus semel tantum in anno oracula edidisse, postea vero semel in mense facultatem Deum consulendi concessam esse. — Fuere etiam certi dies *ἀποφράδες* dicti, quibus non licebat *θεμιστεύειν* (cf. Plut. Alex. c. 14). Sed

ne legitimis quidem diebus Pythiam introducebant, nisi victima, superinfuso capiti vino, toto corpore intremuisset. Plut. Mor. p. 773. Hinc tenendum diem, quo haec acta finguntur, e maxime sanctis fuisse.

95. Δελφοὶ θέραπες interpretantur de sacerdotibus, qui ὑποφηταί dicti data oracula, quae plerumque obscura erant, explicabant. Hinc illa admonitio v. 98 στόμα — ἀποφαίνειν. Cf. 414 sqq.

Κασταλίας [1]). Notissimum fontem respicit Plutarchus de oraculis Pythiis, cap. 17, unde confirmatur templo fuisse proximum. Digna quae adscribam prae caeteris haec sunt: Μουσῶν ἦν ἱερὸν ἐνταῦθα περὶ τὴν ἀναπνοὴν τοῦ νάματος, ὅθεν ἐχρῶντο πρός τε τὰς λοιβὰς τῷ ὕδατι τούτῳ, ὥς φησι Σιμωνίδης·

ἔνθα χερνίβεσσιν ἀρύεται
Μουσᾶν καλλικόμων ὑπένερθεν ἁγνὸν ὕδωρ.

Cf. Horat. Od. III 4, 61.

Quemadmodum hic Phoebi ministri ab Ione iubentur lavari

---

1) VISSCHER, *Erinnerungen und Eindrücke aus Grieckenland.* "Am lebendigsten vergegenwärtigt man sich das Alterthüm an den Quellen. Noch spendet der eigentliche Stadtbrunnen, der alte Δέλφουσα, jetzt Κερνά, reichliches Wasser, noch befeuchtet die Κασσοτίς, die einst den heiligen Lorbeerhain tränkte, ein Gärtchen bei der Kirche des heiligen Nicolaos, wo bis vor wenigen Jahren der einzige Lorbeerbaum des Delphischen Thales grünte. Ich habe ihn noch gesehen (1853), aber dürr; mann sagte mir, er sei im vorangegangenen Winter gestorben. Am schönsten endlich und am wenigsten verändert sieht man die mächtige kastalische Quelle in dasgleiche Bassin sprudeln, in dem einst die sich zu reinigen hatten, welche den Tempel betreten wollten, um die stimme des Gottes zu vernehmen. In eine grosse alte Felsennische ist jetzt darüber eine kleine Capelle des heiligen Johannes gesetzt. Bis vor wenigen Jahren stand einige Schritte von der Castalia, an dem Brunnen, in den ihr Wasser geleitet wird, eine uralte Platane von der schon Ulrichs beklagte, dass sie der Aeste beraubt sei. Seit dem ist die Zerstorung weiter gegangen. — Auch dieser Baum war der einzige seiner Art im Thale. Die umgebung von Kastri ist jetzt fast baumlos. Getreide bedecken die culturfähigen Felder."

in Castaliae verticibus, ita puellae a Tyriis dono missae Apollini canunt Phoen. 422:

ἔτι δὲ Κασταλίας ὕδωρ
ἐπιμένει με κόμας ἐμὰς
δεῦσαι, παρθένιον χλιδάν,
Φοιβείαισι λατρείαις.

ubi Schol. Κασταλία ἐστὶ πηγὴ ἐν Πυθίᾳ (sic), εἰς ἣν λέγουσι τὰς ἱεροδούλους παρθένους λούεσθαι, μελλούσας θεοπρόπιον φθέγγεσθαι παρὰ τῷ τρίποδι, unde non debuerat Preller ap. Pauly Real-enc. II, pag. 806, concludere ipsam Pythiam, antequam cortinam conscenderet, Castaliae aqua corpus abluisse, licet ea res per se spectata sit valde probabilis, quoniam ante omnem rem divinam corpus abluere moris erat. Vide v. c. Elect. 791 sqq. Nam neque apud poetam, neque apud Scholiastam, cuius stolidum est commentum, de Pythia sermo est, sed de hierodulis.

97. φαιδρυνάμενοι. Nitidare corpus, ut dixit ENNIUS in Cresphonte apud Nonium s. v. nitidant. Cobet V. L. p. 594 probat Nauckii emendationem laudans Hesiod. Op. 751. Cf. Hel. 683 ἵνα θεαὶ μορφὰν ἐφαίδρυναν, Aesch. Ag. 1080 πόσιν λουτροῖσι φαιδρύνασα. φαιδρυνταί Athenis dicebantur Phidiae posteri, quibus cura mandata erat purgandi simulacri Iovis Olympii. Magnus iis habebatur honor et proedria erat in Bacchi theatro. Cf. DYER, *Ancient Athens*, pag. 320, 327 sq. Librorum lectio ἀφυδρανάμενοι est incredibilis compositio. Recte habet verbum simplex. Cf. Elect. 156, Hom. Od. IV, 750, 759, alibi.

98 sq. φρουρεῖτ' ἀγαθόν. Tolerabilius sane quod de coniectura edidit Dindorf φρουρεῖν, ut ex ἀγαθόν simul pendeat ἀποφαίνειν. Vel sic tamen ἀγαθόν ob praegressum ἀγαθάς mihi suspectum est nec γλώσσης ἰδίας satis recte habere crediderim, quod Badham quamvis dubitabundus intellectum vult de iis qui de privatis negotiis loquentes aut privati doloris vel irae verba efferentes rem sacram turbabant.

Fortasse ἀγαθόν est interpretamentum praegressi εὔφημον, quo expuncto exspectabam aliquid huiusmodi:

στόμα δ' εὔφημον φρουρεῖτ', (ὡς δεῖ)
φήμας ἀγαθὰς
τοῖς ἐθέλουσιν μαντεύεσθαι
γλώσσης ἰδίας ἀποφαίνειν. Cf. O. R. 151.

Hermann coni.: φρουρεῖτ', ἀγαθῶν φήμας ἀγαθὰς κτέ.

102. πόνους — μοχθοῦμεν est appositio ad sequentia verba πτόρθοισι — φυγάδας θήσομεν.

103. πτόρθοισι δάφνης, quibus Io verrit. Cf. 114 sq. et 144 sq. — στέφεσιν ἱεροῖς coronis myrteis, quibus, nisi fallor (cf. 120), templi vestibulum (ἐσόδου Φοίβου) exornat. Uno verbo utramque rem significat καθαρὰς θήσομεν. Supra 79 de verrendo tantum accipi posse, ostendunt vss. 114 et 144 sq., ita ut repudianda sit Brodaei interpretatio: ut laureis ramis — VESTIAT vestibulum et fores. — Geminus est locus Androm. 166 σαίρειν τε δῶμα τοὐμὸν ἐκ χρυσηλάτων τευχέων χερὶ σπείρουσαν (i. e. ῥαίνουσαν) Ἀχελῴου δρόσον.

106. πτηνῶν τ' ἀγέλας. Solas columbas exceptas fuisse docet infra v. 1197. Cf. Her. I, 149; II, 64; Ar. Av. 525, l. d.

108. θήσομεν male repetitum e praegressis. Quid poeta scripserit ignoro. Fortasse dedit, quod posui in margine. Numerorum enallage nihil habet insoliti.

112. νεηθαλές formatum ut νεηγενής (νεαγενής), alia multa, de quorum compositorum ratione videatur ZACHER in Keilii dissertat. philol. Halens., pag. 293 sqq.

113. κάλλιστον e Dobrei coniectura pro καλλίστας recepi cum Badhamo, qui recte animadvertit eam ob geminatum ὦ esse necssariam. Προπόλευμα alibi non legitur, πρόπολος exstat tantum in melicis. Hel. 576, Hipp. 200, Aesch. Choeph. 353. Idem dicendum de ἀμφίπολος et ἀμφιπολεῖν, quorum illud saepius, hoc semel legitur O. C. 680. In diverbiis contra est πρόσπολος et περιπολεῖν (vagari), dum περίπολος semel legitur Antig. 1150, idque

in carmine. Metricam horum vocabulorum rationem usum definire putaverim.

115. *σαίρεις* cf. 795. Hec. 363, Andr. 166, Cycl. 29, 33 et Soph. Ant. 409, Aeschylus non usurpat. Vocabulum est poeticum, pro quo lingua popularis utitur verbo *κορεῖν*, unde *κόρημα*, everriculum. Ex *σαίρειν* fiebat *σάρον* (= *κόρημα*), quod substantivum ut *ἀδόκιμον* reiciunt Phrynichus et Thomas, probat vero Pollux X, 29 (cf. VI, 94) et nititur IONIS tragici (*Achaeorum* fr. IX) apud Hesychium i. v. auctoritate. Verum optimo iure Atticistae consensu damnarunt novitium quod inde ducitur verbum *σαροῦν*, quo praeter alios sequiores usi sunt novi foederis scriptores. — *ὑπὸ ναοῖς* idem quod *πρὸ ναοῦ* 79 et *πρὸ δόμων* 129. Artemidor. II, 33 *σαροῦν τὰ πρὸ τῶν νεῶν καὶ τὰ πρὸ τῶν ἀγαλμάτων κτέ.* Vanam puto Badhami de his verbis, quae commodum sensum non praebeant, dubitationem.

117—120 in libris misere depravati. Adiutus iis quae leguntur 102—106 et 144—149 in loco, cuius desperata interpretatio, aliquid audendum esse iudicans in margine editionis proposui, quae et metro et sententiae satisfacere videantur.

117. *οὗς ἕρσαι.* Libri *ἵνα δρόσοι*, pro quo teste vs. antistrophico 133 olim legebatur molossus. Codicum scriptura continere videtur duo interpretamenta genuinae lectionis. Nam quum legeretur, ut suspicor, ΟΥϹЄΡϹΑΙ, quia Io alloquitur in praegressis verriculum eam lectionem sic intellexerunt, quasi fuerit *οὗ σ' ἕρσαι*, deinde *οὗ* interpretati sunt per *ἵνα* (cf. Hesychius, cuius auctor necessarium putavit aequales suos docere *οὗ* interdum significare *ἔνθα* vel *ὅπου*), et *ἕρσαι* per *δρόσοι* (cf. idem in voce illa). Vocabulo prisco epico et lyrico in carmine lyrico, licet alibi apud tragicos non exstet, locum esse nemo negabit. Deinde dubium non est quin absurde dicantur *δρόσοι* (s. *ἕρσαι*) *ἐκπροιεῖσαι παγάν*. Indicat autem hoc verbum pro corrupto *τάν*, cui deest una longa syllaba

(cf. vs. antistr. 113) reponendum esse *κρᾶναί τ'*, quo plurali poetico designetur fons Castalia (cf. 146 sqq.). His restitutis videmus sensu cassos esse vs. 120 sq., ubi Io, qui modo laureo verriculo usus est, subito utitur myrteo. Sed, cll. vss. 105 et 146 sqq. facile intellegimus pro *σαίρω*, quod vitium suscepit e *σαίρεις* (115) poetam dedisse *ῥαίνω*, quod si recte coniectum est, apparet iungi debere *παγὰν* — *ᾇ ῥαίνω*, itaque pro *μυρσίνας ἱερὰν φοβάν* reponendum esse quod commode iungatur cum *κρᾶναι*, cui consilio satisfacere puto quod leniter refinxi *μυρσίναις σκιεραῖ φόβαις*, quarum mentio non est supervacanea ob 104 *στέφεσίν θ' ἱεροῖς κτέ.* Huc facit citatus iam a Musgravio Theophrastus *Hist. plant.* II, cap. 8: *δεῖσθαι δέ φησιν 'Ανδροτίων — πλείστης ὑδρείας ἐλαίαν καὶ μύρρινον.* Idem conferri iussit nostri Electr. 777 sq. et de myrti sanctitate Alc. 173, Arist. Thesm. 455, Poll. I. 27 sq. In vulgatis quoque offendit eorundem vocabulorum brevi intervallo sine causa repetitio. Cf. *Verslagen* IV, 2, p. 181.

122. *ἁλίου πτέρυγι θοᾷ.* Cf. Or. 1001 *πτερωτὸν ἁλίου ἅρμα* et Electr. 465 sq. *κύκλος ἀελίοιο ἵπποις ἅμ πτεροέσσαις.*

124. Librarius codicis Palatini, qui pro *λατρεύων* scripsit *φαιδρεύων*, fortasse voluit *φαιδρύνων*, quod tamen verum non esse arguit sequens *τὸ κατ' ἆμαρ.*

125. *εὐαίων εὐαίων.* Soph. Phil. 828. *Ὕπν' ὀδύνας ἀδαής, Ὕπνε δ' ἀλγέων, εὐαὲς ἡμῖν ἔλθοις, εὐαίων (εὐαίων) ὦναξ*, ubi alterum *εὐαίων* inseruit Turnebus. Recte ibi annotavit Scholiasta *εὐαίων· εὐμενής, καλῶς ἄγων ἡμῖν τὸν αἰῶνα.* Itaque hic quoque interpretare s i s p r o p i t i u s. Perperam vulgo intellegunt b e a t u s s i s; nam absurde Io deo apprecaretur, quae huius naturae propria est, beatitudinem. Vocabulum praeterea legitur Aesch. Pers. 711, Soph. Trach. 81, Eur. Iph. A. 550, Bacch. 426. Oppositum *δυσαίων* noster habet Suppl. 960, Hel. 214, Soph. O. C. 150.

124—126 repetuntur in antistrophe 139 sqq., more Aeschyleo, quem Euripides praeter h. l. secutus est in Bac-

chis 876—881 = 896—901. Probabiliter CHRIST, *Metrik der Gr. u. R.* p. 85 hic statuit molossos extensipedes et quidem *δωδεκασήμους*, cl. Aristide p. 98.

130. *μαντεῖον ἕδραν* dictum ut *θῶκος μαντεῖος* a Pindaro Pyth. XI, 11. Cf. Soph. O. R. 20, Eur. Or. 1666, Troad. 454. Iph. T. 1267. Forma est poetica pro *μαντικός*. *Μαντῷος* est sequiorum.

132. Ut apparet ex 116, *θεοῖσιν*, quod in libris est, facit spondeum. Suspicor tamen esse glossema olim adscriptum a magistello ad *ἀθανάτοις*; nam poetam non agnosco in languidissima sententia: praeclarus mihi labor diis servire, non mortalibus, sed immortalibus, quasi quisquam docendus sit non mortales esse deos, sed immortales. Nemo sanus improbabit me pro glossemate substituisse *θνατῷ*, quo admisso egregiam nanciscimur sententiam praeclarum vero hoc mihi negotium mortali: non mortalibus servire, sed immortalibus. Vide *Verslagen* IV, 2, 182.

134. Correxi soloecum *μοχθεῖν*. Nam *ἀποκάμνειν* haud aliter quam verbum simplex construitur cum solo Participio. Cf. Plato Men. 81 D, Polit. 257 B, Epin. 979 cett. Interpolatus est locus Crit. 45 B *ὥστε — μήτε ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμῃς* [*σαυτὸν σῶσαι*]. Cf. Rep. IV. p. 435 D, Prot. 333 B, Orat. 428 A, Gorg. 491 B, Soph. O. C. 1176. Verbum *ἀποκάμνειν* alibi in tragoedia non legitur. Cf. *Verslagen* ibidem.

136. De coniectura dedi *κλύει* pro *πατήρ*, quod est praegressi substantivi *γενέτωρ* glossema. Sententia postulat: Phoebus mihi pater audit, dicitur, non est, ut apparet e sequentibus. Cf. *Verslagen* l. l.

138—140. In his poetam non agnosco. Nam et abundant post vs. 137 et valde sunt humilia, ne quid dicam de mira verborum compositione. Badhami coniectura sua: *τὸν βόσκοντα γὰρ εὐλογῶν τὸν ὠφέλιμον ἐμοὶ πατέρος ὄνομα λέγω Φοῖβον τὸν κατὰ ναόν* reposuit sententiam pedestrem, in qua non est umbra poesios. Magnopere vereor, ne sit veteris

lacunae, quam indicabant vss. antistrophici, supplementum. Quare sepsi uncinis. Cf. ibid. p. 183.

145. δάφνας ὁλκοῖς, lauri tractibus, i. e. laureo verriculo, quod per terram trahitur. Similiter Dionysius Perieget. 191 dixit ὁλκοὺς ἁμάξης pro curru, et eadem vox usurpatur de spiris serpentis.

147. γαίας παγάν. „Geminum est Nonni πόμα γαίης, Sophoclis ὄμβρος χθονός O. C. 721, utrumque de aqua dictum, quam terrae sinus effundit. Contra aqua marina πόντου πηγαί Euripidi audit I. T. 1040." MUSGR.

148. ἀποχεύονται pro ἀποχέονται Graecum non est; nec sententiae aptus subiunctivus Aoristi ἀποχεύωνται, quem reposuit Dindorfius. Aliud latere certum arbitror. Quod conieci ἀπονεύονται, verbum compositum est ab ὀνεύω, quod habet Thuc. II, 25. Ita dicetur aqua trochleae sive rechami ope hauriri e Castaliae verticibus, et ἀπονεύονται dictum erit pro ἀπαρύτονται. Cf. *Verslagen*, IV, 2, p. 181.

149. νοτερὸν ὕδωρ. Cf. 106, Iph. T. 1046, Alc. 601, Suppl. 878. Epitheton pertinet ad id genus, quod frequens imprimis apud Homerum a recentiorum fere populorum poesi alienum est: nimirum notam necessariam (essentialem) continent substantivi cui adduntur. Sic ὑγρόν ὕδωρ, ὑγρὰ ῥέεθρα, κύματα, ὑγρὸς ὄμβρος, ὑγρὸν πῶμα, δάκρυ, alia multa.

150. ὅσιος „sanctus et purus a congressu muliebri [cui λέχους ἁγνὸν δέμας, ut est Eur. Hippol. 1003] vel nocturnis pollutionibus." BARNES. Cf. Or. κατὰ Νεκίρας § 78. Tibull. II, 1, 11 discedat ab aris, cui tulit hesterna gaudia nocte Venus. Casta placent superis. cett.

153. ἀγαθᾷ μοίρᾳ. Haec dicit adolescens ignorans felicem sortem, quae eo ipso die sibi continget. Ipse potius h. l. cogitat alteram vitam post mortem, ad quam saepius noster alludit. Venantur ambigua tragici. Cf. infra 357. Quod sequitur ἔχ est mirantis.

154. φοιτῶσ' — λείπουσιν est ὕστερον πρότερον, quo

uti cogebatur poeta, quia metrum ei non permittebat λιπόντες, et soloecum foret λείποντες. Cf. ad 1331.

155. πτανοί. Mire scribitur H. F. 1187 οἰχόμεθ' οἰχόμεθα πτανοί. Ubi positum videtur pro φροῦδοι.

156. αὐδῶ, ut λέγω, ἐνέπω ceteraque verba dicendi, non raro ponitur pro verbis iubendi et vetandi. Soph. O. C. 864 αὐδῶ σιωπᾶν. Cf. 1630. E θριγκοῖς (i. e. pinnis) apparet fere vs. seq. poetam memorasse non totam aedem οἴκους, sed parietes, τοίχους, quod coniecit Badham.

158. absurde libri αὖ τόξοις. Lenem recepi Badhami emendationem, etsi fortasse τόξοις est interpretamentum rarioris vocabuli ἀτράκτοις, quae Heimsoethi est coniectura. — Ζανὸς κᾶρυξ. Aquilam dicit.

159. γαμφηλὰς male Reiske. Est plurale tantum. Sermo pedestris utitur vocabulo ῥάμφος. In Avibus Aristophaneïs non raro pro eo legitur ῥύγχος, sed suspecta lectio. Cf. ad 174.

161. ἄλλος κύκνος, i. e. alia avis, cygnus. Notus Graecismus. — ἐρέσσει frequens est metaphora apud utriusque linguae poetas. Cf. Iphig. i. T. 289 πτεροῖς ἐρέσσει, Aesch. Ag. 52 πτερύγων ἐρετμοῖσιν ἐρεσσόμενοι. Vergil. Aen. VI, 9 remigium alarum. Contra ab alis transferuntur vocabula ad remigium significandum. Cf. Iph. T. 1346, Troad. 1085, Helen. 147.

162. Demetrius de eloc. IX. p. 86, 87: οἷον καὶ ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ Ἴων ὁ τόξα ἁρπάζων καὶ τῷ κύκνῳ ἀπειλῶν [τῷ ὄρνιθι deleo] ἀποπατοῦντι κατὰ τῶν ἀγαλμάτων. καὶ γὰρ κινήσεις πολλὰς παρέχει τῷ ὑποκριτῇ ὁ ἐπὶ τὰ τόξα δρόμος καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀέρα ἀνάβλεψις τοῦ προσώπου διαλεγομένου τῷ κύκνῳ καὶ ἡ λοιπὴ πᾶσα διαμόρφωσις πρὸς τὸν ὑποκριτὴν πεποιημένη. Locum affert Kirchhoff.

163. Librorum lectio φοινικοφαῆ iure suspecta Nauckio, cuius recepi coniecturam φοινικοβαφῆ, quae vocabuli forma satis defenditur adiectivis πολυβαφής et κροκοβαφής (Aesch. A. 1121) et αἱμοβαφής (Soph. Ai. 219). Ceterum antiquis

fere magis familiaria sunt composita in βαπτος velut Φοινικόβαπτος Aesch. Eum. 982, κροκόβαπτος Pers. 662, πορφυρόβαπτος ap. Platonem comicum. Athen. II, 48 B. Formae φοινικοβαφής, πορφυροβαφής, ἐρυθροβαφής, λευκοβαφής in sequiorum tantum scriptis reperiuntur. Cf. infra v. 1207.

164. Cygnum Apollini sacrum esse et huic avi pulcrum cantum tribui a poetis (Cf. nostri Elect. 151. Iph. T. 1102) nemo ignorat; quam non esse meram fabulam, sed revera esse canorum quoddam cygnorum genus, hodie satis constat. Videatur Theod. Kockius ad Arist. Av. 769. Hinc intellegitur fabula, qua Apollo quotannis ineunte aestate credebatur redire ab Hyperboreis in cygno vectus vel in curru, cui cygni iuncti erant, ut repraesentari solet in vasibus antiquis. Nempe cygni illi canori proprie habitant in partibus borealibus, sed migrare solent meridiem versus ad Graeciae oras et Asiae minoris. De cygnis Apollini sacris, divinatione praeditis et imminente morte canentibus vide Platonem in Phaedone p. 84 E et 85 B, ibique Heindorfium. Notandum autem in Scandinava quoque mythologia cygnum esse lucis emblema.

164 sq. Cithara Phoebi (tuo cantui) concentrix intellego cum Barnesio. Reiskio sententia videbatur haec: vox tua citharae Phoebi contendens, φόρμιγγα hic non esse instrumentum musicum sed vocem cygni musicam perhibenti. Non inepte, nisi obstare videretur Genetivus Φοίβου. Ita certe corrigendum foret Φοίβῳ. — σύμμολπος, i. e. συνῳδός, σύμφωνος, alibi non exstat.

167. λίμνας — Δηλιάδος. Iphig. T. 1102 ἔνθα κύκνος μελῳδὸς Μούσας θεραπεύει. Callimachus Hymn. in Delum 249: κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ | Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες | ἑβδομάκις περὶ Δῆλον. Musgr. Animadverte huius loci asyndeton πάραγε — ἐπίβα, αἱμάξεις, Ionis animum bene pingens.

168. αἱμάξεις corruptum. Sed neque αἰάξεις, quod Nauckio,

neque ἀλλάξεις, quod mihi aliquando placebat, poetae manum restituere hodie crediderim, ne quid dicam de infelici Badhami coniectura φοινίξεις, aut de inepta Kirchhoffi suspicione αἱμάξω σ', εἰ μὴ παύσεις, quasi ob cantum Io avem abigere velit. Non magis verum vidit Heimsoeth violenter corrigens καταλήξομεν, sine exemplo Attico usurpatum notione transitiva. Apud Hesychium καταλήξομεν· καταπαύσομεν librarius eandem terminationem imprudens repetivisse videtur, nec punctum temporis dubito quin lexicographo reddendum sit καταπαυσόμεθα, ut recte praegressum est κατλήγει· παύεται [1]). Quod est apud eundem ἐκλήξει· ἐκλείψει, ὑστερήσει, videndum an forte eius auctor sic olim legerit Aiac. 775, ubi hodie scribitur: καθ' ἡμᾶς δ' οὔποτ' ἐκρήξει μάχη. Sed, ut redeamus ad nostrum, fortasse non necessario vocabulum ab Euripide scriptum incepit a litera consonanti, si quidem in his anapaestis ante interpunctionem ultimae syllabae vocabuli Δηλιάδος ancipiti esse licuit. Cf. Hippol. 1377, Hec. 83, Sophocl. O. C. 139, ibique Elmslei adnotatio et plura apud CHRIST., *Metrik der Griechen und Römer*, p. 123. Si re vera incepit, haud inepte suspiceris: διακναίσεις, i. e. corrumpes, perdes. Sed quod certum sit, frustra quaesivi.

173. εὐναίας καρφύρας. Hesychius καρφυραί· αἱ ἐκ τῶν ξηρῶν ξύλων γινόμεναι κοῖται. Εὐριπίδης Ἴωνι. Praegreditur apud eundem καρφυραί· νεοσσιαί, θάμνοι et κάρφυροι. νεοσσοί. Lobeck in *Paral. Gr.* p. 311 et *pathol.* p. 277 correxit accentum docens analogiam postulare aut κάρφυρα (a κάρφος), ut ἄγκυρα (ab ἄγκος) et λέπυρον (a λέπος), aut καρφύρα, ut κινύρα et ψιθύρα. — Cf. Ar. Av. 641.

174. ψάλμοι τόξων. H. F. 1064 τοξήρει ψαλμῷ τοξεύσας, Bacch. 783 τόξων χερὶ ψάλλουσι νευράς.

---

1) Apud Hom. Od. σ, 63 χεῖρας ἐμὰς λήξαιμι φόνοιο nuper Nauck proposuit παύσαιμι. Vide tamen Iliad. N, 424 et Φ 354.

In vss. 174 sq. constituendis cum Nauckio pressius secutus sum Palatinum codicem quam Dindorf, qui ex Aldo addidit ἐν, quod num in C legatur incertum est. Badham recte monet verba νάπος Ἴσθμιον hanc emendationem requirere. Non magis probarim Dindorfi coniecturam vs. 175 ante παιδούργει excidisse τέκνα. Movit virum praeclarum haud dubie metri discordia, quae nunc exstat inter hos vss. et 159 sq. Sed vel accuratius sibi respondebunt, si ibi mecum rescripseris: μάρψω σ' εὖ τόξοις, Ζανὸς | κᾶρυξ, ὀρνίθων γαμφαῖς | ἰσχὺν νικῶν. Pro γαμφηλαί hac forma usus est Lycophro (152), quem sua a tragicis mutuari haud raro solere notum est. Cave pro ὀρνίθων potius requiras ὀρνέων, pronuntiandum δισυλλάβως. Nam ὄρνεον pro ὄρνις vereor ut sermo tragicus admittat.

175. παιδούργει, παιδοποίει. Verbum alibi non exstat, sed substantivum παιδουργία habent Sophocles O. R. 1248 et Plato Legg. VI, p. 775. Hiatus non ferendus post παιδούργει, ut bene animadvertit Badham. Quare ex eius coniectura dedi Infinitivum.

177. ναοί θ' οἱ Φοίβου. In margine apposui quod propter ἀναθήματα non iniuria malit Heimsoeth, *Krit. Stud. zu den Griech. Trag.* pag. 188, ubi exemplis bene multis ostendit ναός frequens esse Byzantinorum glossema vocabuli βωμός. Post metri rationem emendatam a Dindorfio inutilis est eiusdem coniectura τε θεοῦ pro θ' οἱ Φοίβου.

181. οἷς — μόχθοις — δουλεύσω dictum videtur pro τοὺς μόχθους οἷς ἔγκειμαι Φοίβῳ δουλεύσω. Verbum enim δουλεύειν procul dubio iungi potest cum Accusativo substantivi, cui insit notio cognata cum verbali substantivo δουλεία. Constructionem habebis similem eius qua Euripides utitur Helen. 930 οἷσιν ἔγκειμαι κακοῖς ῥῦσαι pro τῶν κακῶν οἷς ἔγκειμαι ῥῦσαι. (Ad ἔγκειμαι insuper cf. ibid. 276, Andr. 91, Iph. T. 144.) Maluit tamen Sophocles. O. C. 105 Dativo uti scribens ἀεὶ μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.

184 sqq. Ut Io monodiam [1]) absolvit, chorus constans Creüsae ancillis *παρέρχεται* in orchestram, in duasque partes divisa canit alternatim duo strophas et antistrophas, quarum posterior (219—237) intermixta est Ionis responsis. De choro orchestram intranti vide praeter Pollucem IV, 109 imprimis DYERUM *Ancient Athens, its history, topography and remains*, London 1873 in *Appendice* II, pag. 521.

184. *ζαθέαις.* Euripides utitur adiectivis *ζάθεος, ζάπλουτος* et *ζάχρυσος*, Sophocles *ζαμενής*, Aeschylus *ζαπληθής* et *ζάπυρος*. Praeter haec sex composita per *ζα* (= *δια*) tragoedia nullum habet.

185. *εὐκίων* alibi non reperitur.

186. *ἀγυιάτιδες θεραπεῖαι.* Apollinis Agyiaei cultus. Hesychius, indicante Musgravio: *Ἀγυιάτιδες· αἱ πρὸ τῶν θυρῶν θερχπεῖαι.* Sed scripsisse videtur *ἀγυιάτιδες θεραπεῖαι· αἱ πρὸ τῶν θυρῶν* (sc. *θεραπεῖαι*), nisi quis malit, *οἱ πρὸ τῶν θυρῶν βωμοί*, ut legitur apud Eustathium ad Il B, 12 *ἔφη δέ τις Ἀγυιάτιδας θεραπείας τοὺς πρὸ θυρῶν βωμούς.* De his Apollinis aris consulatur ante omnes Harpocratio i. v. *ἀγυιᾶς*, unde quae huc pertinent excerpam: *ἀγυιεύς ἐστι κίων εἰς ὀξὺ λήγων ὃν ἱστᾶσι πρὸ τῶν θυρῶν* (cf. Eustath. l. l.), *ἰδίους δ' εἶναί φασιν αὐτοὺς Ἀπόλλωνος, οἱ δὲ Διονύσου, οἱ δ' ἀμφοῖν* (duae ultimae opiniones falsae sunt) — *εἶεν δ' ἂν οἱ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενοι ἀγυιεῖς οἱ πρὸ τῶν οἰκιῶν βωμοί* (Hes. v. *ἀγυιεύς· ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος*), *ὥς φασι Κρατῖνος καὶ Μένανδρος, καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ Λαοκόωντι, μετάγων τὰ Ἀθηναίων ἔθη εἰς Τροίαν, φησί· λάμπει δ' ἀγυιεὺς βωμὸς ἀτμίζων πυρὶ σμύρνης σταλαγμούς, βαρβάρων εὐοσμίας.* Cf. Phoen. 634, Aesch. Ag. 1051 et 1056. Eiusmodi arae non raro apparent in numis antiquis. Cf. *Dictionnaire des antiquités*

---

1) Monodiis Euripidem prae ceteris delectatum esse constat. Cf. Arist. Ran. 819, 944, 1330, Pac. 1022, Thesm. 1012. Vide Photium i. v. *μονῳδία.*

Grecques et Romaines i. v. *Agyieus*, ubi Ambraciae numus repraesentatur et Stuart Antiq. of Athen I, p. 25.

188. διδύμων — φῶς „de Apolline forsan et Diana intellegi debent, cuius (quorum?) simulacra parietibus depicta videbantur" HEATH, cuius sententiam probat Dindorf ad h. l. Musgrave contra de duplici fronte templi intellexit, sed refellitur iudice Hermanno verbis καλλιβλέφαρον φῶς. Welckero Alte Denkm. I, 151 sqq. et Brunnio *Griech. Künstler*, I, p. 247 huc facere videntur Pausaniae verba X, 19, 3: τὰ δ' ἐν τοῖς ἀετοῖς ἔστιν Ἄρτεμις καὶ Λητὼ (cf. 410) καὶ Ἄπολλων καὶ Μοῦσαι δύσις τε Ἡλίου καὶ Διόνυσός τε καὶ αἱ γυναῖκες αἱ Θυιάδες· τὰ μὲν δὴ πρόσωπα αὐτῶν Ἀθηναῖος Πραξίας μαθητὴς Καλάμιδος ἐστιν ὁ ἐργασάμενος· χρόνου δὲ ὡς ὁ ναὸς ἐποιεῖτο ἐγγιγνομένου Πραξίαν μὲν ἔμελλεν ἀπάξειν τὸ χρεών, τὰ δ' ὑπολειπόμενα τοῦ ἐν τοῖς ἀετοῖς κόσμου ἐποίησεν Ἀνδροσθένης, γένος μὲν καὶ οὗτος Ἀθηναῖος, μαθητὴς δὲ Εὐκάδμου. Putat Welcker Dianam, Apollinem et Latonam cum Musis fuisse in anteriore, reliqua in posteriore ἀετώματι, deinde Ion. 190 sqq. memorari argumenta quinque imaginum metopicarum, factarum ab iisdem artificibus, sed probabiliter re vera fuisse longe plures. His igitur auctoribus non de pictis quibusdam simulacris, sed de signis effictis sermo est.

Vocabulum καλλιβλέφαρον, certa coniectura restitutum, alibi non exstat. Amat Euripides adiectiva similiter composita, quae habet numero XXIX, dum apud Aeschylum III tantum et totidem apud Sophoclem reperiuntur.

190. Locum sic interpungenti cum Badhamo non opus est scribere τᾷδε cum Dobreo.

190 sqq. „Porticum describi ab Atheniensibus Ol. 87, 4 dicatam probabiliter coniecit Musgrave. De ea Pausanias X, 11, § 5 [: Ὠικοδόμησαν δὲ καὶ Ἀθηναῖοι στοὰν ἀπὸ χρημάτων, ἃ ἐν τῷ πολέμῳ σφίσιν ἐγένετο ἀπό τε Πελοποννησίων καὶ ὅσοι Πελοποννησίοις ἦσαν τοῦ Ἑλληνικοῦ σύμμαχοι. ἀνάκειται δὲ καὶ πλοίων τὰ ἄκρα κοσμήματα καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ, τὸ δὲ

ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτοῖς (ἐξ)αριθμεῖ τὰς πόλεις, ἀφ' ὧν 'Αθηναῖοι τὰ ἀκροθίνια ἀπέστειλαν, τήν τε 'Ηλείων καὶ Λακεδαιμονίων, Σικυῶνά τε καὶ Μέγαρα, καὶ Πελληνέας 'Αχαιῶν, 'Αμβρακίαν τε καὶ Λευκάδα καὶ αὐτὴν Κόρινθον· γενέσθαι δ' ἀπὸ τῶν ναυμαχιῶν τούτων καὶ θυσίαν Θησεῖ καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἐπὶ τῷ ὀνομαζομένῳ 'Ρίῳ καὶ μοι φαίνεται τὸ ἐπίγραμμα ἐς Φορμίωνα τὸν 'Ασωπίχου ἔχειν καὶ ἐς τοῦ Φορμίωνος τὰ ἔργα. Cf. Thucyd. II, 86 sqq. et Diod. XII, 48]. Docte singula explicuit Boeckhius in libro de tragicis Graecis pag. 192 sqq., sed ut pictas potius in parietibus tabulas vel figuras scalpendo in lapide expressas quam quod illi placet peplum, cui intextae fuerint illae imagines, intellegamus, suadent quae 200 (195 sq.) et magis etiam quae 210 (206 sq.) leguntur." HERMANN [1]).

---

1) *De templo Delphico* sic scribit G. VISSCHER, l. l. p. 608: »Den eigentlichen Middelpunct Delphi's bildete natürlich der Tempel des Apollon, der nach einem Brande im 6ten Jahrhundert vor Christus wieder neu aufgebaut worden war. Die Alkmeoniden aus Athen, welche damals während der Herrschaft des Pisistratos und Hippias als Verbannte ausserhalb ihrer Heimath lebten, hatten den Bau in Accord übernommen, ihn aber kostbarer ausgeführt als sie verpflichtet waren, indem sie die Vorderseite ganz aus parischen Marmor bauten, während nach dem Accord nur ein gewöhnlicher Kalk (sogenannten Poros) gevordert war [Cf. Herod. V, 62 § 3]. Baumeister war ein Korinthier Spintharos. Es war ein dorischer Tempel mit ionischen Saülen in seinem Innern, wie man aus den Ueberresten noch sieht. In der Cella waren ausser den Bildsäulen des Zeus und Apollon der heiliger Offerheerd und der sogenante Nabelstein, der als der Mittelpunkt der Erde galt. In dem Allerheiligsten war der Erdschlund, über dem der Dreifuss der Pythia stand. Der heilige Bezirk umschloss, ausser den Tempel selbst, einen Lorbeerhain, den Brunnen Kassotis, die Lesche, ein zu geselliger Unterhaltung bestimmtes Gebaüde mit zwei berühmten Gemälden des Polygnotos, die Schatzhaüser, — das Theater, das Rathhaus der Delphier und einige andere Gebaüde und zahlreiche Bildsaülen. — Ausserhalb des heiligen Bezirkess lag westlich der Stadtbrunnen Delphusa, das Stadium und der Versammlungsplatz der Amphictyonen; östlich aber zunächst die kastalische Quelle in der Schlucht, durch die der Giesbach vom Parnass herabkommt, und weiterhin jenseitz des Baches

190—200. Prima imago: Hercules, adiutus ab Iolao, interficit hydram Lernaeam aurea harpe. Ἅρπη (= δρέπανον cf. Hesych.) dicitur quoque ξίφος δρεπανοειδές, quo in fabulis utitur Perseus.

193. ὄσσοις et ὄσσων tragici constanter utuntur plurali numero, abstinentes ab Homerico ὄσσοιν. Contra ὄσσε duali numero usurpant haud secus atque ille.

194. ἀθρῶ pro ὁρῶ dedit Nauck propter vs. strophici mensuram. At eadem est discrepantia inter vs. 205 – ⊥ | ⊥ ⏑ ⏑ | ⏑ ⊥ et antistrophicum 219 ⏑ ⊥ | ⊥ ⏑ ⏑ – | ⏑ ⊥. Quare nihil mutavi.

195. πανόν. Secundum Photium i. v. haec est forma vetustior, οἱ δὲ νεώτεροι Ἀττικοὶ φανόν, ubi vide Naberum. Cf. Blomfield. glossar. ad. Aesch. Ag. 275.

196. μυθεύεται παρὰ πήναις. Ostendit usus praepositionis παρά falsam esse Barnesii interpretationem, quam contra Dindorfium male refovit Badham: cuius historia IN telis nostris depingitur. Verte: de quo, dum telas conficimus, confabulari solemus. Iphig. i. A. 790 μυθεύουσι παρ' ἱστοῖς. Πήνη proprie est subteminis filum

am jetzigen Weg gegen Arachova, das Gymnasium, der Tempel der Athene Pronoia und noch einige andere Tempel und Heroenheiligthümer. Der grössere Theil der Wonungen der Delphier breitete sich weiter unter gegen den Pleistos zu aus. Die terrassenförmige Stadt mit den schönsten Gebaüden zu oberst, dicht unter den senkrechten Felswänden des Parnasses, muss einst einen prächtigen Anblik geboten haben. Jetzt liegen die Ruinen besonders des heiligen Bezirkes in tiefen Schutte begraben, über dem zum grossen Theil die Haüser von Kastri stehen. Doch lässt sich die Lage der Hauptgebaüde an ihrem Grundmauern und sonstiger Ueberresten unter Schutt und Haüsern noch erkennen. Man sieht noch ansehnliche Stücke der Einfassungsmauer des heiligen Bezirkes Substructionen des Tempels und Fragmente dorischer und ionischer Saülen von demselben Theile der Seitenmauern und einige Sitzstufen des Theaters, die Grundlagen der im östlichen Stadtheile gelegenen Tempel und andere Ruinen mehr innerhalb und ausserhalb des heiligen Bezirkes. Am besten erhalten ist das zur Hälfte in den Felsen gehauene Stadium. etc."

deductum in fistulam textoriam, quae ipsa audit πηνίον. Hesychius: ἄτρακτος εἰς ὃν εἰλεῖται ἡ κρόκη. Inde εὐπήνους ὑφάς dixit noster Iph. T. 312, 814, 1465.

201—204. Secunda imago: Bellerophon Pegaso vectus interficit Chimaeram.

201. Pro καὶ μάν conieci καλόν, ut versus constet duobus bacchiis, quemadmodum vs. antitheticus 190.

202. πτεροῦντος — ἵππου. Pegasum, quem Homerus ignorat, primus memoravit Hesiodus Theog. 280 sqq. Secundum hunc natus est prope Oceani fontes e sanguine compressae a Neptuno Medusae, quam Perseus interfecerat. Bellerophon hoc equo potitur dum bibit e fonte Pirene, unde Πειρηναῖος πῶλος nostro audit Elect. 475. Cf. Pindar. Ol. XIII, 90 sqq. Posteaquam autem insidentem Bellerophontem tergo excusserat, ministrare coepit Iovi, cuius fulmina portare credebatur ac tonitrua (Hes. l. l. et Arist. Pac. 722 cum schol.) Πτερόεις vocatur a Pindaro quoque Ol. XIII, 121 et 125. (Cf. Horat. Od. IV, 11, 26, Catull. 55, 24, Ovid. Met. V, 256). Serius factus est equus Aurorae et Musarum auctorque Hippocrenae, poetarum autem equus recentiore demum aevo a Boiardo, poeta Italo. De Bellerophonte cf. Hom. Il. VI, 152 sqq. et Apollodori Biblioth. I, 9, 3; II, 3, 1.

204. τρισώματον ἀλκάν „dictum ut τετρασκελὲς ὕβρισμα de Centauris H. F. 180" MUSGR. Ad Chimaeram quod attinet nemo paulo doctior ignorat versum Homericum: πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.

205—218. Varia facta e Gigantomachia describuntur; 205—207 spectant pugnam in genus.

205. βλέφαρον (hic, ut saepius, = ὄμμα) διώκω, i. e. celeriter moveo, ut crebro dicitur διώκειν πόδα.

206. τύποισι pro τείχεσι incerta est anonymi coniectura, quam recepi cum Dindorfio. Musgravii πτυχαῖσι, quod admisit Badham, bene refutavit Hermann, nec tamen satis tuto recipi potest ingeniosa ipsius correctio τύκαισι, quippe

quod vocabulum nullum habeat fideiussorem. Quodsi vel levissima fulciretur auctoritate, hoc amplecterer propter fragm. 124, ubi pro codicum lectione λαίνων τειχισμάτων Iacobs certa emendatione poetae reddidit τυκισμάτων. — Κλόνος vocabulum epicum apud tragicos tantum in melicis reperitur, praeter h. l. Aesch. Pers. 107, Agam. 392. Verbum κλονεῖν solus tragicorum usurpavit Sophocles O. C. 1241 et 1244, idque semel in dialogo Trach. 145.

209. „Deest aliquid, quod in bacchio pede contineatur. Unam modo syllabam non deesse vel inde apparet, quod nullus hic locus cuilibet particulae esse possit, minime vero omnium τῷ δή. Hoc enim sic per se positum significationem τοῦ ἤδη non assumit." Badham, qui Hermanni coniecturam recte impugnat. Si bacchius periit, non male conicias: ὧδε δερκόμεθ', ὦ φίλαι (γυναῖκες). Ita vero simul, quod fecit Badham, recipiendae erunt Hermannianae coniecturae in vs. 222: οὐδ' ἂν ἐκ σέθεν ἂν πυθοίμεθ' αὐδάν; Ion. τίνα δῆτα θέλεις; quas tamen praeferendas esse Dindorfii rationi, quam cum Nauckio sequor, persuadere mihi non potui. Nihilominus non reperio quid una illa syllaba, quae post φίλαι periit, continuerit. An fuit ὦ φίλαι (μου)?

209 sq. Tertia imago: Pallas clipeum (τὸ γοργόνειον) vertit adversus Enceladum. De Encelado, Tartari et Telluris filio, cui Minerva subacto imposuit Siciliam insulam vide Apollod. I, 6, 2, Pausan. VIII, 47, 1, Vergil. Aen. III, 578. Memoratur praeterea a nostro H. F. 908 et Cycl. 7. Pugnam eius cum Minerva repraesentat pictura in vasi ap. le Normant et de Witte, Elite des monuments ceramographiques I, pl. 8.

210. γοργωπόν. Cf. Rhes. 8, H. F. 868, 1266. Aesch. Prom. 356. Sine causa idonea Nauck in novissima editione pro hac librorum scriptura substituit formam γοργῶπιν, quae est ap. Soph. Aiac. 451 et fr. 724. Ap. Aesch. Agam. 302 est nomen paludis circa isthmum. Euripides hac forma feminina

non utitur, sed promisce usurpat γοργώψ (El. 1257, Or. 261, H. F. 131) et γοργωπός. Utraque communis est, sed illa caret neutro. — ἴτυν per synecdochen pro ἀσπίδα poeta dixit ut Troad. 1197. — Observa autem etymologicum verborum lusum in πάλλουσαν — Παλλάδα.

212—215. Quarta imago: Juppiter fulmine ferit Mimantem. — Ut Enceladum Sicilia, sic Prochyte insula vicina Mimantem tegere credebatur. Cf. Silius Italicus XII, 147. Insuper vide Horat. Od. III, 4, 53 sqq. et Apollon. Argon. III, 1227.

213. ἀμφίπυρον apud solos tragicos legitur. Infra 716 ἀμφιπύρους πευκάς, Hipp. 559 βροντᾷ ἀμφιπύρῳ, Hecub. 473 ἀμφιπύρῳ φλογμῷ. Cf. Soph. Aiac. 1405, Trach. 213. — ὄβριμον epicum est vocabulum, raro apud tragicos obvium. Cf. Or. 1454, Aesch. Ag. 1385, in melicis, praeter Sept. 773. Librarii perperam ὄμβριμος dare assolent.

214. ἑκαβόλοισι correxi pro ἑκηβόλοισι, cll. Phoen. 1149 et Soph. O. R. 162, ubi annotavi tragicos abstinuisse a formis epicis ἕκατος, ἑκατηβόλος, ἑκατηβελέτης et ἑκαεργός. δάιον. „Apud Homerum δήιος: tragici vero ut γάιος et νάιος, ita quoque δάιος [constanter] dixerunt (δᾷος Aesch. Pers. 271, 282, 286), servarunt vero η in ἀδῇος et verbo δῃοῦν [et δῃάλωτος]." DINDORF. *lex. Soph. s. v.* Semel Sophocles Ai. 784 usurpavit δάιος pro τάλας, saepius Aeschylus: Pers. 282, 985, Choeph. 429, neque noster ea significatione prorsus abstinuit. Cf. Androm. 505.

215. καταιθαλοῦν. Cf. Suppl. 640, Tro. 60, Aesch. fr. 167 (Herm.). Verbo simplici Euripides utitur El. 1140, et κεραύνου πῦρ αἰθαλόεν dixit Phoen. 191, Aeschylus Prom. 994 αἰθαλοῦσσα φλόξ.

216—218. Quinta imago: Bacchus alium gigantem thyrso interficit.

216. Βρόμιος. Hoc Bacchi nomen, a fremendo ductum, praeter Aeschyl. Eum. 24 solus tragicorum usurpat Euri-

pides isque frequentissime (in solis Bacchis decies sexties). ἀπολέμοισι. Cf. Hec. 1034 ἀπολέμῳ χερί. Sensu longe diverso ut synonymum τῷ ἄμαχος posuit Aeschylus Choeph. 53, Agam. 746.

217. κισσίνοισι βάκτροις, i. e. θύρσοις. Cf. Bacch. 363. Ibid. 25 κίσσινον βέλος.

218. Γᾶς τέκνων. Telluris iuvenes gigantes dixit Horatius. Hinc frequenter audiunt γηγενεῖς. Βακχεύς, proprie bacchator, dicitur ipse Bacchus hic, ut Bacch. 145, et Soph. Ant. 1121. Infra 552 et saepe alibi audit Βάκχιος. De his aliisque dei nominibus videatur Preller. Griech. Myth. ed. III, vol. I, pag. 549.

219. σέ τοι. Ad huius particulae in compellando usum cf. Soph. O. C. 1578, El. 1445, Ai. 359, Phil. 1095, Arist. Av. 275 οὗτος ὦ σέ τοι κτέ. — παρὰ ναόν. Cf. 79, 104, 115. Reiske coniecit περίναον. Si quid foret mutandum, melius certe divisim scripsisset περὶ ναόν. Hoc canticorum genus (219—236) divisum inter actorem et choreutas quo nomine dicam incertus sum. Non enim nisi improprie dicas κομμόν, si quidem laeti est argumenti. — Hinc autem incipit primum ἐπεισόδιον.

220. γυάλων — βαλόν, penetralium — limen. Cf. μυχόν 229. Incerta sed apta coniectura Hermann βηλόν (βαλὸν Dind.) reposuit, simul ob literam γ in codd. superstitem coniciens γραμμήν, quod tamen pro limine dici potuisse nequit probari. Vel minus mihi placet Weckleini coniectura γ' οὐδόν. Quam enim vim habeat particula γε, ipse viderit. — λευκῷ ποδί. Cf. infra 891. De nudis pedibus accipiunt Musgrave et Elmsley ad Bacch. 664. Pro epitheto simpliciter ornanti melius habent Schäfer ad Or. 140 et Hermann ad. h. l. Cf. Or. 961, Suppl. 76, Bacch. 863. Sic dicitur λευκὸς πῆχυς Or. 1466, λευκὴ δέρη Iph. A. 875 et Hipp. 771, λευκαὶ σάρκες El. 823.

222. repetitum ἄν, ut saepe apud Atticos, praesertim

apud poetas. Thucydidi, cui est sat familiaris, hunc usum male abiudicat Badham.

223 sq. *μέσον ὀμφαλόν.* Cf. ad 4. Erat in ipsis penetralibus (*τοῦ ναοῦ τὸ ἐσωτάτω* Pausan.), quod strictiore sensu *μαντεῖον* dicebatur. Strabo IX, 3 § 6: *Τῆς Ἑλλάδος ἐν μέσῳ πώς ἐστι τῆς συμπάσης, τῆς τε ἐντὸς Ἰσθμοῦ καὶ τῆς ἐκτός, ἐνομίσθη δὲ καὶ τῆς οἰκουμένης καὶ ἐκάλεσαν τῆς γῆς ὀμφαλόν, προσπλάσαντες καὶ μῦθον, ὅν φησι Πίνδαρος, ὅτι συμπέσοιεν ἐνταῦθα οἱ ἀετοὶ οἱ ἀφεθέντες ὑπὸ τοῦ Διός, ὁ μὲν ἀπὸ τῆς δύσεως, ὁ δ' ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς, οἱ δὲ κόρακάς φασι· δείκνυται δὲ καὶ ὀμφαλός τις ἐν τῷ ναῷ τεταινιωμένος καὶ ἐπ' αὐτῷ αἱ δύο εἰκόνες τοῦ μύθου.* Ultima verba non satis expedio. Voluitne duarum illarum aquilarum simulacra? Saltem non, quas Euripides memorat h. l. Gorgones. Pausanias X, 16, 2: *τὸν δ' ὑπὸ Δελφῶν καλούμενον ὀμφαλὸν λίθου πεποιημένον λευκοῦ κτέ.* Saepius apparet in vasibus antiquis. Cf. MUELLER, *Denkmäler der Alte Kunst*, I, tab. XI, 40, II, tab. XII, 135, 137, XIII, 48. Prope stabat laurus, cuius folia Pythia manducabat, manabatque fons *Κασταλία* (cf. Paus. X, 24, 5 et Eurip. Iph. T. 1257), cuius aquam potabat antequam vaticinatura cortinam conscenderet. Cf. Luc. bis acc. cap. I. Laurum deus, oraculum quando redderet, concutere credebatur, ut est apud Aristophanem in Pluto: *ὁ Φοῖβος αὐτὸς Πυθικὴν σείσας δάφνην.* Adytum cingebat cancellum *θριγκός* (Cf. infra 1320), quod superare fas esse Creusae comitibus primum Io rogatus praefracte negat vs. 222, mox vero vs. 226 sqq. ita concedit, si veniant consulturi oraculum et prius pecudem mactaverint. Feminis omnem ad penetralia accessum interdictum fuisse perhibet Plutarchus, quem frustra cum Euripide conciliare conatus est Musgrave. Fortasse tempora sunt distinguenda.

225. Verborum proprietatem spectanti poeta primo obtutu hoc dicere videtur: si ante templum offa fecistis

Apollini et deum consulere cupitis, licet vobis intrare aedem, sed in adytum penetrare fas non est, nisi mactatis ovibus, ut opponantur inter se cum πέλανον et μῆλα tum θυμέλας et μυχόν. Hesych. πέλανοι· πέμματα εἰς θυσίας ἐπιτήδεια. Cf. Pollux VI, 76. Nihilominus paullo altius meditanti difficile est non assentiri Musgravio, qui comparatis locis Alc. 851 sq. et Rhes. 430 (nam Iph. T. 301 huc non pertinet) πέλανον hic significare suspicatur victimae sanguinem, et θυμέλας ac μυχόν non distingui. Minus recte de mola accipere vocabulum mihi videtur Badham, qui tamen bene monet ex ipsis verbis καί τι πυθέσθαι apparere θυμέλας esse ipsa penetralia, quae auctore Plutarcho feminis interdicta erant.

230. ἔχω μαθοῦσα, i. e. μανθάνω. Est quod a Grammaticis vocatur σχῆμα Σοφόκλειον, quo Euripides non minus frequenter utitur, quam is unde nomen accepit. E pedestribus solus, quod sciam, adhibuit Herodotus. Habet hoc proprium, quod usurpatur non nisi in praesentis Indicativo, Subiunctivo et Infinitivo, sed non dicitur εἶχον vel ἔσχον μαθών, similia.

233. ὅτι καὶ θέμις. Etsi nil facit ad huius loci interpretationem, scitu dignum est miro sed certo usu, ubi θέμις ponatur pro θεμιτόν, vocabulum esse indeclinabile. Cf. Sophocl. O. C. 1189 sqq., ubi Dindorf in ed. Oxoniensi affert Aesch. Suppl. 335, Xen. Oecon. II, § 11 et Aelian. Nat. An. I, 60, quibus locis θέμις εἶναι est Accusativus cum Infinitivo.

234. δμῳή, scribendum esse cum iota adscripto haud secus ac Τρῳή satis constat. Videantur J. LA ROCHE *Homerische Untersuchungen*, p. 214 sq. et COBET in *Mnemosyne* a. 1873, pag. 52—56.

235. Codicum lectio Παλλάδος ἔνοικα sanam interpretationem non admittit, quare obtemperavi Badhamo probabiliter corrigenti Παλλάδι σύνοικα. Genetivus τῶν ἐμῶν τυράννων

pendet a τρόφιμα. Sensus: Palladis in urbe est domus, quae dominam meam educavit.

238. γενναιότης σοι (sc. ἐστιν) etsi intellegi potest, tamen ita ineleganter dictum est, ut paene veram esse suspicer Dobrei coniecturam γενναῖος εἶ τις. Minus arridet, quod proposuit Boissonade γενναιότητος καὶ τρόπων, quamquam et ita dicere poeta potuit. In incerta re reliqui librorum scripturam, in cuius auxilium vix licet vocare Phoen. 1680: γενναιότης σοι, μωρία δ' ἔνεστί τις.

240. ἔα, quod est stupentis, extra metrum, ut saepe interiectiones. Cf. 274, 329, 742. Eam Kirchhoff inserere voluit ante vs. 403, sine necessitate, ut arbitror. Iniuria ad h. l. mihi contendere videtur Badham ἔα et ἰδού extra metrum poni non licere, sed ubicumque ita posita legantur aut delenda esse aut versum, ante quem ponantur, ita esse refingendum, ut eius partem efficiant. Cui viro docto loci nimium multi refragantur.

241. ὄμμα συγκλήσασα σόν. At oculos non solent claudere dolentes et lacrimantes. Qua in re usurpetur haec locutio, docebit v. c. Hecubae vs. 430. Est enim id quod Homerus dicere solet ὄσσε καθαιρεῖν. Hic verum esse suspicor, quod in margine posui, συντήξασα. Cf. Med. 25, 698, Orest. 134, 283, 528, Hel. 1435, Plut. Agid. 18 βλέμμα διεφθαρμένον καὶ συντετηκὸς ὑπὸ λύπης, id. Cic. 48, Ant. 83. Alius est apud nostrum locus, ubi idem verbum συγκλήειν librariorum errori deberi mihi videtur, nempe Hecub. 486 sq. αὕτη πέλας σου νῶτ' ἔχουσ' ἐπὶ χθονὶ, Ταλθύβιε, κεῖται, ξυγκεκλῃμένη πέπλοις. Lege ξυγκεκρυμμένη et compara H. F. 1198, Troad. 623, Hipp. 1458, Her. 561, 604, 721. Vide *Verslagen*, IV, 2 p. 183.

242. δακρύοις θ' ὑγράνασ'. Hel. 672 βλέφαρον ὑγραίνω δάκρυσιν. Med. 922 τί χλωροῖς δακρύοις τέγγεις κόρας. Cf. Hel. 456, 1189, El. 502, 1339, Alc. 767, Hipp. 854, Hec. 520, Suppl. 979. — παρηίδα. Praeter hanc formam tra-

gici usurpant *παρειά*, qua sola utitur Sophocles. Utramque uno versu coniungit noster Hec. 410: *παρειὰν προσβαλεῖν παρηίδι*.

243. *ἁγνά*. Cognatum adiectivum *ἅγιος* rarissime ab Atticis, numquam a tragicis adhiberi observavit Porson ad Med. 750. — *ἁγνὰ χρηστήρια* est pluralis poeticus, ut saepe *ναοί*, *δόμοι*, *γύαλα*, *μέλαθρα*, alia in hac ipsa fabula.

244. *μερίμνης εἰς τόδ' ἦλθες*. Cf. 248, 404, 583. Soph. O. C. 170 *ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ*;

246. *ὄμμα σὸν δακρυρροεῖ*. Cf. Alc. 829, Phoen. 873. Praeter Euripidem verbo utitur Sophocles. Solus Aeschylus Sept. 918 adhibuit Homericum *δάκρυ χέων*.

250. *μνήμην παλαιὰν ἀνεμετρησάμην*, i. e. veterem memoriam renovavi, repetivi, proprie remensus sum, sumta metaphora a via, quam quis iterum permetitur. Aliter infra 1271, ubi valet *ἀναλογίζεσθαι*, *συμβάλλεσθαι*, *σταθμᾶσθαι*. Cf. El. 52. Emetiendi, i. e. recensendi (*καταλέγειν*), notionem habet Orest. 14; admetiendi, i. e. tribuendi (*προσνέμειν*), Iph. T. 346.

251. pro *οἴκοι* sine causa idonea Nauck tentat *ἐκεῖ*. Nam et illud aeque recte opponitur sequenti *ἐνθάδε* et Euripides dicere solet *ἐκεῖσε ἔχειν τὸν νοῦν*, non *ἐκεῖ*. Cf. infra 370, Phoen. 363 et 1428. Haud me latet *οἴκοι* non secus atque *ἐκεῖ* notare quietem, verum usus tyrannus est. In extremo versu cum aliis recepi Dobrei emendationem *οὖσά περ* pro *που*, leniorem quam id quod proposuit Kirchhoff *οὖσ' ὅμως*.

253. *ποῖ δίκην ἀνοίσομεν*; quo referemus iustitiam? i. e. quod principium Iustitiae faciemus? Chrysippus ap. Plut. Mor. p. 1902: *δεῖ τούτοις συνάψαι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον, οὐκ οὔσης ἄλλης ἀρχῆς αὐτῶν ἀμείνονος οὐδ' ἀναφορᾶς*. Musgr. Cf. infra 543, 827, Bacch. 29, Iph. T. 23, 390, Or. 76.

254. *τῶν κρατούντων*, i. e. deorum. Alc. 252 *λίσσου*

τοὺς κρατοῦντας θεούς. Cf. infra 439. Iidem subinde dicuntur οἱ κρείσσονες. Cf. Orest. 709, Aesch. fr. 7, Plato Soph. p. 216 B, infra 973.

255. Libri ἀνερεύνητα contra metrum. Recepi probabilem Nauckii emendationem, cui non obstat ἀνερμήνευτος alibi apud tragicos non reperiri, quod idem valet de ἀνερεύνητος. Sed reperiuntur ἑρμηνεύς, ἑρμηνεύειν, ἑρμήνευμα. Neutra autem Plural. adiectivorum adverbialiter poni solere a poetis pueri norunt. — δυσθυμεῖ forma media, ut Med. 91. Pedestris sermo requirit formam activam, ut ἀθυμεῖν est apud omnes.

256. οὐδέν, i. e. οὐδαμῶς, minime. Cf. infra 288 et 404. Respondetur ad quaestionem Ionis, quam post hunc vs. periisse intellexit e neglecta stichomythia Heiland.

256. μεθῆκα τόξα, arcum e manibus deposui. Male interpres [Brodaeus] remisi [quod Graece dicendum fuerat ἀνῆκα]. Hesychius μεθεῖναι· ἀφεῖναι, ἐᾶσαι. MUSGR. institutam orationem persequi desino. BRODAEUS, qui ad metaphoram illustrandam affert Aesch. Suppl. [441], Eum. 679, Agam. 614, 1167, Menand. [ap. Stob. XXXVI, 12, quos tamen versus non Menandri, sed tragici alicuius esse hodie vere statuunt] et Pindar. [Ol. II, 450 et XIII, 133 et Isthm. V. 59]. Addo Soph. Ant. 1085, Eur. Hec. 603, Troad. 444. Vide infra ad 1411.

258. ποίου πατρός pro ποίας πάτρας certa est Ludovici Dindorfii emendatio. Eadem vocabula confusa sunt fragm. 920, 3, ubi inversa ratione πάτρας pro πατρός restituit Düntzer. Simile vitii genus, nisi fallor, depravavit impeditissimum Hecubae locum vs. 1011, ubi pro ἐκπεσεῖ φίλας καρδίας non dubito quin poeta scripserit ἐκπεσεῖ φίλων κερδέων. Semel corrupto κερδέων secutum esse φίλων non magis mirandum, quam in Ionis loco, quum πατρός in πάτρας abiisset, ex ποίου librarios fecisse ποίας.

258—271. Inverso ordine Creüsa respondet ad singula, quae Ion rogavit.

261. Vocula δέ post γῇ poni potuit, quia πατρὶς γῇ una est notio. Videatur DINDORF Lex. Soph. pag. 109 A. Idem valet de particula τε.

262. γενναῖος etsi plerumque ad animi indolem spectat, haud raro ponitur pro εὐγενής, et similiter ἀγεννής pro δυσγενής. Poetae, prout metrum postulat, sine discrimine utuntur formis ἀγενής et ἀγεννής. Adverbium ἀγεννῶς nusquam adhibitum reperitur sine negatione. Cf. Heindorf ad Charmid. p. 158 C.

264. γ' εὐτυχοῦμεν dudum ante Nauckium coniecit Musgrave, cui igitur suum reddidi in adn. crit.

266. In librorum lectione mirum quantum languent verba ἐκμαθεῖν θέλω, quare lenissimam admisi Nauckii emendationem; ut librarios neglexisse putemus lineolam, qua indicari solet litera N. Sed non exputo, cur eidem suspecta sit lectio vs. 268, in quo non est umbra difficultatis. Ut enim autochthonia in magno honore ponebatur a Graecis, ita maius nihil poterat cogitari, quam si cui atavus esset ex ipsa terra oriundus; itaque iure respondet Creüsa: sed nil me iuvat generis ista nobilitas, cogitans sortem suam infelicem, qua puerum susceptum ex Apolline amiserat, ita tamen locuta, ut Io referre possit ad orbitatem, ob quam, ut multi alii, ad oraculum se contulisset, aut aliam causam quamlibet; quare mirandum non est Ionem fabulae isti intentum nihil ad haec verba respondere. Ceterum spectatorum magis quam interlocutoris sui gratia illa dicere Creüsam manifestum est. Ad usum voculae γε in responsis cf. 270, 272, 295, 298 cett. et quae notavi ad Oed. pag. 129. Vide infra ad 295.

267. De historia Erichthonii videndus Apollodorus III, 13, 6. Genealogia sic se habet. Erichthonius Pandionem genuit, Pandion Erechtheum, Erechtheus Creüsam. MUSGR. Haec regum Atticorum successio 1 Cecrops I Aegyptius. 2 Cranaus. 3 Amphictyon. 4 Erichthonius. 5 Pandion I.

6 Erechtheus. 7 Cecrops II. 8 Pandion II. 9 Aegeus. 10 Theseus. Vide marmor Arundelianum. BARNES.

269. Ἀθάνα. Constanter hac nominis forma tragici usi sunt. Cf. Porson ad Orest. 26, ubi idem monet de dorismis δαρός, ἕκατι, κυναγός, ποδαγός, λοχαγός, ξεναγός, ὀπαδός, quorum pars est pedestrium quoque usu tritissima. Veteres Attici, tam pedestres quam comici, usurpabant formam Ἀθηναίας, unde contractione (ex Ἀθηνάα) nata est forma recentior Ἀθηνᾶ, quae vulgo adhiberi coepta est post Euclidem. Ἀθηναία interdum legitur apud Aeschylum quoque et Euripidem, abstinuit Sophocles. Homerica sunt Ἀθήνη et Ἀθηναίη. Cf. WECKLEIN, *Cur. Epigr.* pag. 10 sqq. Eodem auctore pag. 26 sqq. dedi ubique εἵνεκα pro οὕνεκα (οὕνεκα et ὁθούνεκα tragici adhibent pro ὅτι), et memor eorum quae scripsit pag. 45 sqq. vs. 272 et alibi scripsi σῴζειν, quomodo antiquiores scripsisse e titulis constat.

270. εἰς παρθένους γε χεῖρας, in virgineas suas manus. Male Barnesius interpretatur de Cecropis filiabus MUSGR.

271. De fabula vide ad 20.

273. τεῦχος = ἄγγος. Pocula sic infra dicuntur 1179, 1184, alia vasa Cycl. 88, 207, 255, El. 140, 360, Hec. 609. Iph. 168. Loco Electrae 108 πηγαῖον ἄχθος ἐπὶ κεκαρμένῳ κάρᾳ | φέρουσαν corrigendum esse ἄγγος demonstravi *Verslagen* IV, 2, 197 sq.

274. De historia convenit Euripidi cum Pausania I, 18, 2 et Hygino Astron. poet. II, 13. Ab Ovidio [Metam. II, 708—832] aliter narratur. MUSGR. Minus accurate; nam auctore Hygino in mare se coniecerunt. Sed Pausanias narrat eas μαίνεσθαί τε καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον αὑτὰς ῥῖψαι. Cf. Apollod. III, 14 § 6. In hac rupe (cui Μακραί nomen) erat Aglauri sacellum, ibique teste Pausania l. l. et Herodoto Persae arcem conscenderunt. Her. VIII, 53: ἔμπροσθε ὦν [πρὸ dele] τῆς ἀκρο-

πόλιος ὄπισθε δὲ τῶν πυλέων καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ οὔτε τις ἐφύλασσε οὔτ' ἂν ἤλπισε μή κοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατέρος Ἀγλαύρου, καί[τοι] περ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. — Frustra Reiske pro θανοῦσαι coniecit θοροῦσαι.

275. εἶεν, age vero, est interiectio (extra metrum cf. ad 240) cognata cum εἶα (cf. ἕνεκα — ἕνεκεν), quae nihil habet commune cum Optativo verbi εἶναι, cum quo confundi solet a plerisque. Memorabile est in formula εἶεν ἀκούω (Aesch. Choeph. 646, Arist. fr. 664), ultimam syllabam produci.

275. Cf. 1537.

277. παρθένους. Hesychius Παρθένοι· τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον καὶ ἐτίμων. Easdem Ὑακινθίδας dictas esse ait Pseudo-demosthenes pag. 1397,18. Unam tantum et sex Erechthei filiabus oppetivisse mortem [1]) testatur fabula, qualem narrant Lycurgus c. Leocr. p. 160, 9, Plut. Mor. p. 310, Demaratus in Muelleri Fr. Hist. IV, pag. 397, Apollodorus III, 14 et 15. Cf. Paus. I, 2, § 5. Sed de pluribus Cicero quoque loquitur Tusc. I, 48. In bello cum Eleusiniis et Eumolpo Erechtheus oraculum acceperat, se victorem fore, si unam filiam mactavisset: mactavit autem natu minimam, et occiso Eumolpo reportavit victoriam. Fabulam tractavit Euripides in Erechtheo, cuius dramatis magna exstant fragmenta. Cf. imprimis fr. 362 et 364 (Dind.), in quibus verba facit Erechthei uxor puellaeque mater Praxithea. Videatur quoque Cicero pro Sestio cap. 21. Erechthei templi hodieque praeclara rudera exstant in arce. Cf. Pausan. I, 26, § 6.

280. Libri ἦν. Hanc formam in prima persona apud antiquiores Atticos ne ante vocalem quidem ferendam esse concedo

---

1) An forte harum imagines referre putandae sunt 6 simulacra, quae κανηφόροι hodie dictae, κόραι ab antiquis, faciunt prostasin in ea Erechthei parte, quae dicebatur Cecropium? Cf. DYER, *Ancient Athens.* pag. 430 sqq.

Nauckio, cuius coniecturam *οὖσ'* posui in margine. Hauserat, opinor, participium praegressi vocabuli cauda, quo facto metri causa *ἦν* suppletum esse videtur. Confirmat ea res quod dudum suspicabor, alienam manum adscripsisse Helenae vss. 991 sq. isti loco parum aptos. — *μητρός*. Formas solutas *μητέρος* et *θυγατέρος* interdum metri causa adhibuere tragici. Cf. Rhes. 393, Orest. 751, alibi. Semel idem sibi permisit Aristophanes Vesp. 1397.

281 sq. Neptunus Erechtheo iratus ob Eumolpum, filium suum ab eo caesum tridenti suo Macras rupes percussit, unde Erechtheus mare obrutus periit. Cf. Apoll. III, 14, 4. BARNES.

285. librorum lectis *Πύθιος* procul dubio originem debetur sequenti *Πύθιαι*. Hermannus edidit *Πυθῷ*, Badhamus *Πυθῶν*. Aptius dei nomen *Φοῖβος*, cuius *Πύθιος* sit glossema, substituit Matthiae, quem cum Dindorfio secutus sum. — Rem, de qua hic agitur primus perspexit Musgrave, qui e Strabone IX, p. 404, cl. Hesych. s. v. *ἀστραπαὶ δι' ἅρματος*, docuit Athenis moris fuisse e praecepto oraculi, ut *Πυθαϊσταί* qui dicebantur tribus trium mensium diebus et noctibus fulgura observarent ab ara *τοῦ Διός*, quae media erat inter Pythium et Olympiëum, prospectantes ad locum in Atticae confiniis Tanagri vicinum, cui *Ἅρμα* nomen; conspecto autem fulgure pompam Delphos mitti solere. Apollo hoc respectu dicebatur *Αἰγλήτης*, de quo idem conferri iubet Apoll. Rhod. IV, 1716 et Apollod. I, 9, 26. Haec fere Musgrave; e quibus tamen nondum apparet, quae intercesserit necessitudo inter illa fulgura et *Μακράς*, si quidem Pythium et Olympicum cum ara illa Iovis sita erant ab opposita parte Arcis. Nemo explicuit, neque ego expedire possum.

286. Libri *τιμᾷ τιμᾷ. ὡς μήποτ'*. Pro corrupta lectione coniecta sunt plurima. Musgrave *τιμᾷ; τί μήν; ὡς μ.*, Iacobs *τιμᾷ γε, τιμᾷ· μ.*, Burges *τιμᾷ γ' ἀτίμως· μ.*, quod nuper ut suum repetivit Madvig, Schäfer *ἄτιμα τιμᾷ· μ.*, Bothe *τιμᾷ γ'*

ἄτιμ'· ὡς μ., quod receptum est a Dindorfio et Nauckio. Mihi tragicorum usum spectanti ὡς certe ab Euripide non profectum esse videtur. Semel legitur ὡς ὤφελον apud Sophoclem El. 1131, sed ibi nescio an cl. vs. 1021 Blaydes recte coniecerit εἴθ' ὤφελον. Ceterum quod certum sit non facile repertum iri puto. Prae ceteris mihi placet quod excogitavit Hermann τιμᾷ; τί τιμᾷ; μήποτ', et lenissimum et loco maxime, ut videtur, accommodatum. Quippe ea lectio me iudice non male depingit animi conditionem mulieris subito ab homine ignoto memorari audientis invisissimum sibi locum. Amentis enim est repetita illa quaestio. Incerta tamen, quod iam dixi, emendatio. Quod coniecit Bothe, si recte eius mentem (quam perspicere se negat Badham) intéllego, sic Graece dicendum fuerat: τιμῶν γ' ἄτιμον (sc. τόπον) sive τιμῶν γ' ἀτίμους (sc. Μακράς), i. e. ita (colit), colens locum honore indignum. Burgesii et Madvigii coniectura prorsus inepta videtur. — ὤφελον. Scholiasta ad Sophoclis locum O. C. 540 ἐδεξάμην δῶρον ὃ μήποτ' ἐγὼ ταλακάρδιος ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι poetam ἐπωφέλησα dixisse putat pro ὤφελον, quod aeque incredibile est ac interpretatio eorum qui explicant: ἐπωφέλησα τὴν πόλιν ὥστε μήποτε ἐξελέσθαι τοῦτο τὸ δῶρον. Locus quin depravatus sit non dubito, sed non sanatur neque Heimsoethii coniectura ἐπώφελον ἀπό, neque eo quod contra metrum proposuit Madvig ἐπωφείλησα.

288. Non sine causa Nauck ed. III dubitare videtur de scripturae sanitate. Vix enim recte (nam illius rationes ignoro) Creüsa dicit se antro consciam esse alicuius dedecoris, quoniam sic dicendo nimis aperte id quod sibi accidit, quodque mox quasi de amica sua narratura est, Ioni aperit. Potius expectes eam dixisse: οὐδέν· ξύνοιδ' ἄντροισι συμφοράν τινα, ut αἰσχύνην a glossatore profectum esse suspiceris. Si nihil peccatum est, necesse est putemus Creüsam haec dicere seorsim ad spectatores, quae fuit Prevostii sententia.

290. *ἐπακτός*. Cf. 592 et Erechthei fr. 362, 7 ᾗ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, | αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν.

292. Xuthus, Hellenis Thessali, Phthiae regis, filius ex Orseide nympha. Apollod. I, 7, 3. De eodem vide Herod. VII, 1, 2. Itaque frater eius fuit Aeolus, quem aliam genealogiam secutus Euripides ei h. l. dat patrem. Hellen autem secundum alios erat Deucalionis et Pyrrhae filius, secundum alios Iovis et Dorippae. Cf. Apoll. ibid. § 2. Euripides Aeolumne faciat h. l. Iovis filium an nepotem incertum est. Hoc tamen crediderim. Nempe in Aeolo dramate (vide fragm. 14 Dind.) hanc poeta fecit vel potius admisit genealogiam: Iupiter, Hellen, Aeolus, Sisyphus, cui fratres Athamas, Cretheus, Salmoneus.

293. *ἔσχεν* (scil. γυναῖκα) = ἔγημεν frequenti usu, qui iam apud Homerum obtinet in illo de Hercule: ἔχει δὲ καλλίσφυρον Ἥβην.

294. laudant Harpocratio i. v. Κεῖοι, Strabo VIII, p. 356, Poll. IX, 27, Schol. Ar. Pac. 251, Schol. Il. Ξ 231. Kirchhoff.

295. Correxi ad Oed. Reg. pag. 129 cum aliis quibusdam tragicorum locis. Cf. nunc Cobet V. L. ed. II. Eadem particula prorsus necessaria est Hecub. 246 ὥστ' *ἐνθανεῖν γε*, quem locum igitur Brunck peius corrupit corrigendo ὥστ' ἐντακῆναι. Quid lateat ignoro, nam ὥστ' *ἐμβαλεῖν γε*, quo de cogitavi, vix sufficit.

296. Κεκροπίδας, Ἐρεχθεΐδας, Θησεΐδας et Κοδρίδας Athenienses a regibus suis dictos esse monet Barnes.

297. *σὸν γαμεῖ λέχος*. Med. 594 γῆμαι λέκτρα βασιλέων. Pro γάμος crebro usurpari utrumque vocabulum (cf. κοίτη et εὐνή) a poetis notum est. Subinde eadem ponuntur pro γαμετή. Eurip. Or. 1050 iunxit γαμήλιον λέχος. Cf. Av. 1757.

298. *φερνάς*. Med. 956, Hipp. 629, Andr. 1283, Iph. A. 47, 611, 869. Plerumque plurali numero usurpatur. Secundum Westermannum ad Plut. Sol. 20 φέρνη proprie dicebatur id quod uxor marito affert, προίξ id quod marito

afferendum sponsae dat pater. Quod tamen discrimen locis scriptorum non satis confirmatur, neque agnoscitur a grammaticis. Cf. Pollux III, 35, Phot. s. v., Etym. m. p. 790. Ab usu vocabuli προίξ ut humilioris cothurnus prorsus abstinuit, nec verbum καταπροίξομαι apud tragicos reperitur. Solo adverbio προῖκα semel usus est Sophocles fr. 779.

299. σύν. De quaestione, ubi haec praepositio per Σ, ubi per Ξ scribenda sit apud tragicos, sententiam meam pluribus exposui in praefatione ad editionen meam Oedipi Regis. Ad quam lectorem relego. Non persuasi Dindorfio, quem vide in Lexico Sophocleo suam quoque aliorumque opiniones exponentem. Quia non vacat nunc eadem diligentia in usum Euripideum inquirere, qua tum usum Sophocleum indagare conatus sum, in hac editione codices, ubicumque metrum permittat, coecos quamvis duces sequi malui, quam obtemperare praeconceptae alicui doctrinae; idem facturus in praepositione εἰς vel ἐς scribenda, de quo notum est quid praeceperit Dindorf. Non magis sequar eundem in mutando ubicumque metrum permittat ἱερός in ἱρός, cui crisi vide quid nuper opposuerit C. F. MUELLER in utili libello de pedibus solutis cett. pag. 17 sqq.

300. Minus accurate respondere videtur Creüsa. Nam vix probabile est Xuthum una cum ea Delphos venisse, et inde profectum fuisse ad Trophonii antrum, quod procul aberat in Boeotia. Nonne potius hoc dicendum erat: una domo profecti sumus, sed ille de via devertit, et nunc versatur in Trophonii antro? Insuper ἐνστρέφει nove dictum pro (ἀνα)στρέφεται ἐν, sive, ut habet glossator ad h. l., ἐνστρέφεται τῷ τοῦ Τροφωνίου σηκῷ. Animi causa memorabo Reiskii, qui in tragicis emendandis est unus omnium infelicissimus, coniecturam: ἐκστρέφει everrit quasi corpore suo. Hoc scilicet convenit tragicae gravitati! Ceterum ἐνστρέφει sanum esse valde et ego dubito, et dubitavit, ut video, Badham. Equidem ob utramque difficultatem suspicor locum non tantum

literis male descriptis mendosum esse, sed etiam intercidisse nonnulla inter vocabula ξὺν ἀνδρί et σηκούς. Exempli gratia apponam, quod venit in mentem:

ΙΩ. ξὺν ἀνδρὶ δ' ἥκεις ἢ μόνη χρηστήρια;
ΚΡ. ξὺν ἀνδρὶ (γῆν λιποῦσ' ἀφικόμην μόνη.
ΙΩ. ποῖ δῆτ' ἐκεῖνος ᾤχετ'; εἰπέ μοι τόδε.)
ΚΡ. σηκοὺς (βεβηκὼς) ὑστερεῖ Τροφωνίου.

Si quis nihil excidisse contendat, necesse est sumat Ionem quidem sensu speciali intellegere χρηστήρια de oraculo Delphico, sed Creüsam sensu generali accipere idem vocabulum, simul cogitantem de Trophonii oraculo. Quae tamen vereor ne foret nimis artificiosa interpretatio. — σηκοῖς. „Σηκός dicitur septum inferiorum ordinum numinibus consecratum." DINDORF lex. Soph. Praeter Soph. Phil. 1328 legitur apud solum Euripidem. De antro Strabo IX, p. 414: Λεβαδία δ' ἐστίν, ὅπου Διὸς Τροφωνίου (cf. Liv. XLV, 27) μαντεῖον ἵδρυται, χάσματος ὑπονόμου κατάβασιν ἔχον· καταβαίνει δ' αὐτὸς ὁ χρηστηριαζόμενος. Κεῖται δὲ μεταξὺ τοῦ Ἑλικῶνος καῖ τῆς Χαιρωνείας, Κορωνείας πλησίον. Multus est in describendo antro et in exponenda sciscitandi ratione Pausanias IX, 39 et 40. Cf. Herod I, 46, VIII, 134, Arist. Nub. 508 et Schol. (Bergk. de reliquiis com. Att. ant. pag. 214 sqq.), Diod. Sic. XV 53, Plut. Sull. 17, Luc. Dial. M. 3 cum Schol., Necyom. 22, Ael. V. H. III, 45, Plut. de Gen. Socr. 21 sqq. O. Müller, *Orchomenos*, pag. 150 sqq., ut alia prudens omittam. — Herodotus I, 46 septem enumerat oracula, quo Croesus miserit qui sciscitarentur: Dodonaeum, Delphicum, Abense, Amphiarai, Branchidarum, Ammonis. Soli Apollo Delphicus et Amphiaraus veraces comperti sunt.

303. Pro πέρι Naber Mnem. 1853 pag. 328 malit σπόρου, quo vocabulo nemo tragicarum usus est. Si quid mutandum foret, praetulerim saltem σπορᾶς. Sed vide supra ad 16. Dictum ut Bacch. 174 ὧν ἥκω πέρι et Hel. 23 ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι. Variata praepositio, ut Phoen. 943 ἔκ τε μητρὸς ἀρσένων τ' ἄπο et alibi saepe.

304. *εὐνάματα* scripsi pro *εὐνήματα*. Nam hoc postulare videtur sermo tragicorum, qui dixerint *εὐνάτωρ*, *εὐνατήριον*, *θοινατήριον*, *θοινάτωρ*, *συνθοινάτωρ*, *θοινάσομαι*, *ποινάτωρ*, *ποινασόμεσθα*, *πόρπασον*, *πόρπαμα*, quae collegit Nauck Eurip. Stud. ad Rhes. 515. Cf. supra ad 296.

309 sq. Erat Io *ἱερόδουλος*, quorum duplex hic genus distinguitur, donaria civitatis alicuius, cuius generis exemplum habemus Phoenissas, *ἀκροθίνια Λοξίου*, in cognomine fabula, et ii qui e templi Delphici reditibus empti erant. De iis videatur HIRT, *die Hierodulen mit Beilagen van Bökh und Buttmann*, Berlin 1818. Cf. CURTII *Anecdota Delphica*, Berlini 1843, vel *Inscriptions recueillies a Delphes par C. Wescher et P. Foucart*, Paris 1863, qui tituli docent servos profanos pretio sese redemturos a dominis suis solitos fuisse Deo se consecrare, ut illo patrono uterentur ac vindice, si manumissores fidem violassent, ita tamen se consecrasse, ut disertis verbis caverent, ne fierent *ἱερόδουλοι*. Quare in contractibus addi solet formula: *ἀποτρέχων οἷς κα θέλῃ* vel *οἰκεούσας* (-*οντας*) *εἴ κα θέλωντι καὶ ἑρπούσας* (-*οντας*) *οἷς κα θέλωντι*, similia.

313 *μὴ εἰδόθ'*. Cf. *μὴ εἰδόσιν* Soph. Ant. 33, O. C. 1155, *μὴ εἰδέναι* Hel. 923, Soph. Ant. 535, Trach. 320 cett.

315. An legendum *ἀπανταχοῦ μοι δῶμ'*? Vulgatam certe non admodum intelligo. MUSGR. Aut hoc verum est, aut *ἅπαν τὸ θεοῦ*, quod iam Seidlerum video coniecisse. — *λάβῃ μ' ὕπνος*. Graecum est aut *ὕπνος με λαμβάνει* aut *ὕπνου λαγχάνω*, non *ὕπνον λαμβάνω*.

316. *παῖς* — *νεανίας* — *βρέφος*. Aetates humanas ita distinguit Plutarchus Mor. p. 392 C: *ἔμβρυον*, *βρέφος*, *παῖς*, *μειράκιον*, *νεανίσκος*, *ἀνήρ*, *πρεσβύτης*, *γέρων*. Hippocrates ap. Philonem de opif. mundi p. 26: *πρεσβύτης δ' ἄχρι* [*πεντήκοντα ἕξ* dele] *εἰς τὰ ἑπτάκις ὀκτώ*, *τὸ δ' ἐντεῦθεν γέρων*, ubi quantocius expungatur ridiculum emblema, adiectum ab homine calculorum peritissimo scilicet. Ceterum hoc est longe probabilius quam quod Pollux II § 4 secundum eundem

Hippocratem contendit πρεσβύτην dictum esse ab anno XXXV ad XLII. Pollux nempe distinguit παιδίον, παῖς, μειράκιον, νεανίσκος, ἀνήρ, πρεσβύτης, γέρων, unicuique aetati tribuens annos septem. Alexio apud Eustath. 1788, 52: βρέφος, παιδίον, παιδάριον, παιδίσκος, παῖς, πάλληξ ἢ βούπαις, ἢ ἀντίπαις ἢ μελλέφηβος, ἔφηβος, μειράκιον ἢ μεῖραξ, νεανίας. Alia vide apud Lobeckium ad Phryn. p. 212 sq.

317. λέγουσιν. Scil. μ' ἀφικέσθαι, quod suppleri potest ex ἀφίκου in vs. praegr. Metrum parum favet coniecturae: βρέφος, ὡς λέγουσιν. Cf. MÜLLER, *de pedibus solutis*, p. 139. Non magis scripserim λέγουσί μ', neque vero virgula distinguendum post βρέφος.

318. γάλακτι — ἐκτρέφειν. Cf. 1493. Mammam praebere in oratione pedestri dicitur θηλάζειν sive τὸν τιτθὸν διδόναι.

320. νοσεῖν — νόσους metaphorice de miseriis, ut saepe. Cf. 364, 579, 620, 755, 808.

321. Supple ταύτην. Ad structuram Dobree advers. comparat 415 sqq., H. F. 1135 sq., Electr. 32 sq.

322. εἰς δ' ἄνδρ' ἀφίκου. In Epitaphio quod Demostheni olim tribuebatur § 17: ἐπειδὴ δ' εἰς ἄνδρας ἀφίκοντο κτέ. Hic ἄνδρα dictum pro ἀνδρὸς ἡλικίαν. In vita communi dicitur ἀνὴρ (s. εἰς ἄνδρας) ἐδοκιμάσθης, s. ἀνδροῦσθαι. Vide an forte praestet εἰς δ' ἄνδρας ἵκου, ut dicitur τελεῖν εἰς ἄνδρας, similia.

323. Est φέρβειν vocabulum poeticum, apud Atticos non nisi in Praesenti et Imperfecto usitatum, quod ponitur pro νέμειν, βόσκειν, τρέφειν, unde ὑφορβός, ἱπποφορβός, βουφορβός, alia.

324. Cum Dindorfio recepi Dobrei coniecturam, quae longe praestet Hermannianae, qua ἥτις tantummodo in τίς mutatur.

324 sq. huc post 327 transposui docente sententiarum nexu, ut bene intellexit Madvig. Haud scio tamen an praeterea inter vs. 327 et 324 ponendi sint 314 sq.

325. ἀδίκημα, si nihil peccatum est, dicitur fructus

illegitimi commercii. Auctor argumenti: ἡ δὲ τὸ γεννηθὲν ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν ἐξέθηκε, τὸν αὐτὸν τόπον καὶ τοῦ ἀδικήματος καὶ τῆς λοχείας μάρτυρα λαβοῦσα, ubi contextus docet ἀδίκημα dici iniuriam stuprumque illatum ab Apolline, non ipsius mulieris peccatum. Et mulieris culpa Graecorum moribus potius ἁμάρτημα quam ἀδίκημα dicenda erat. Badhamum quoque haerere video, ita tamen ut loco mederi se putet reponendo: ἀδίκημα τοῦ φύσαντος ἐγενόμην ἴσως, partim iis usus rationibus, quas mihi saltem non probavit. Collatis autem vss. 44 sq. ἐθαύμασ' εἴ τις Δελφίδων τλαίη κόρη | λαθραῖον ὠδῖν' εἰς θεοῦ ῥῖψαι δόμον et 557 πῶς δ' ἀφικόμεσθα ναούς; ἔκβολον κόρης ἴσως, quum meminissem poetam subinde (cf. 1268) δισκεῖν dixisse pro ῥίπτειν, venit in mentem an forte poeta hic dedisse censendus sit: δίσκημά του γυναικὸς ἐγενόμην ἴσως. Cf. Troad. 1121, ubi δίσκημα dicitur Astyanax de turri deiectus.

326. ἄσκησαι πέπλοις, i. e. κεκόσμησαι, ut Io respondet κοσμούμεθα. Cf. ad 980 sq. Troad. 1023 σὸν δέμας ἐξῆλθες ἀσκήσασα, Alc. 161 εὐπρεπῶς ἠσκήσατο, Hel. 1379 σῶμ' ὅπλοις ἠσκήσατο, cett.

328. ἤξας εἰς ἔρευναν. Cf. infra 572. Electr. 844 ἦξαν εἰς δόρυ. Forma verbi soluta, correpta prima syllaba, quae ab epicis plerumque producitur, reperitur in melicis tantum, idque perraro.

329. ἔχω γὰρ κτἑ. Mente supplendum e Creüsae quaestione: non feci. De hoc elliptico usu voculae γάρ cf. multa exempla collecta a Dindorfio in lexico Sophocleo, pag. 90 B.

331. De Yxemii quidem emendatione quin vera sit, dubitari non posse videtur, sed tamen mireris, quo iure Ion expectare possit mulierem illam, quam Creüsa memorat, ipsum adiuturam esse in generis sui origine investiganda. Nisi fallor, nulla alia re ista expectatio niti existimanda est quam hac, quod mulieris mentio a Creüsa subiciebatur Ionis querelae, se omni carere indicio. Male autem praeter cetera

Ion interpretabatur istud *Φεῦ*, ad verba sua referens exclamationem, quae revera istius mulieris (i. e. ipsius Creüsae) sortem spectabat.

333. *ὑπουργήσω*, i. e. *ὑπηρετήσω*, *χαριοῦμαι*, verbum tam prosae scriptoribus quam poetis familiare.

334. Praetulerim cum Nauckio *λαβεῖν* (cf. 421), quod cum *μαθεῖν* alibi quoque confusum est in libris MSS. Ita v. c. Eq. 995 pro codicum scriptura *μαθεῖν* Suidas male habet *λαβεῖν*. Hic *μαθεῖν* frustra tuearis cl. vs. 532 *ἐκμαθὼν χρηστήρια*, ubi *ἐκμαθών* est aptissimum. Apud Sophoclem fragm. 779 pro inepto *προσλαμβάνειν* optime Hirschig reponi iussit. *προσμανθάνειν*. Ibidem vs. 11 sq. obiter vide an sic leniter refingendi sint:

ὦ παῖδες, ὡς ἂν μὴ 'ξ (libri *μήτ'*) *ἀπαιδεύτων βροτῶν*
δοκῶμεν εἶναι κἀποδημοῦντος πατρός.

Quod enim coniecit Nauck depravatum esse *κἀποδημοῦντος* proque eo substituendum *μήτ' ἀδημοῦντος*, parum videtur probabile, siquidem verbum *ἀδημεῖν* nusquam repertum est.

335. *τἄλλα*. In Aldina est *δ' ἀλλά*, quod fugisse videtur Dobreum, ita legi iubens in Adversariis. Quo admisso, Io dicit Dic: nos SALTEM (rem) procurabimus, in quibus quid sibi velit saltem non assequor. Contra librorum scriptura optime habet; vult enim hoc Io: tibi nihil aliud facto opus est, quam ut rem exponas: cetera nos curabimus, scil. ut accipiat amica ista tua responsum. Ad *προξενήσομεν* cf. Hel. 146, Med. 724.

336 sq. *αἰδώς μ' ἔχει* pro *αἰδούμεθα* non improbabilis est Kirchhoffi coniectura, quam in textum recepit Dindorf. Malui ponere in margine, quia librorum lectio non necessario corrupta est, siquidem retinentibus *αἰδούμεθα* non magna perspicacia opus est, ut intellegamus quae dea significetur vs. seq. verbis *ἀργὸς ἡ θεός*. Cf. ROBERT HAMERLING in dramate *Danton und Robespierre*, pag. 124: „Was ausser Robespierre

noch übrig ist, sind solche, die ihre Zeit dort (im Convent) bloss absitzen, und keinen edler Theil ihres Körpers dabei anstrengen" Plaut. Cist. I, 1, 67: „unde est tibi cordolium, commemora obsecro? quod neque ego habeo, neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri." Cf. Herc. Fur. 555 sq. Pudoris aram fuisse Athenis laudato Pausan. I, 17 monuit Musgrave. Amat autem Euripides abstractarum notionum ἀποθεώσεις. Sic paupertas in fragm. 250 vocatur ἐχθίστη θεός, necessitas Alcest. 962 sqq. dea, sed quae aris careat et simulacro et sacrificiis in pulcherrimo cantico, cuius initium laborare videtur: ἐγὼ καὶ διὰ μούσας καὶ μετάρσιος ἦξα κτἑ., ambitio Phoen. 542 ἄδικος ἡ θεός, contentio ibidem 789 dea audit, et prudentia ib. 782 χρησιμωτάτη θεῶν, suada autem fr. 170. Cf. Her. VIII, 111. Cic. de legg. II, 11, 28. „Nam illud vitiosum Athenis, quod, Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente fecerunt Contumeliae (ὕβρει) fanum et Impudentiae (ἀναιδείᾳ)." Cf. Diog. Laert. I, 110, Phot. lex. in v. Θεὸς ἡ Ἀναίδεια. Sed in Oreste 399 δεινὴ γὰρ ἡ θεὸς, ἀλλ' ὅμως ἰάσιμος olim correxi δεινή γε νοῦσος, probante Dindorfio. Similiter vitiosus est in Helena vs. 560 θεὸς δὲ καὶ τὸ γιγνώσκειν φίλους, sed quid ibi poeta dederit, non reperio.

345. εἰσορᾷ φάος. Hanc et similes formulas reperies Soph. Phil. 663, O. R. 375, Aesch. Pers. 255, Agam. 1630, Eum. 496, Orest. 386, Heracl. 969, Phoen. 1091, 1524, Alc. 18, cett. Prout metrum suadet, tragici substantivi utuntur forma soluta aut contracta. Eadem vi crebro noster usurpat εἰσορᾶν φέγγος (ἡλίου). Cf. Hec. 250, Or. 1025, Hippol. 1023, Andr. 113, Bacch. 210, cett.

346. ταῦτα pro διὰ ταῦτα, ut ὅ pro διό. Vel in oratione pedestri frequenter Attici dicunt ταῦτ' ἄρα et ταῦτ' οὖν.

348. ἐλπίζει, i. e. νομίζει, s. προσδοκᾷ, antiquo vocabuli usu. Hesiod. Op. 271: ἀλλὰ τά γ' οὔπω ἔολπα τελεῖν Δία τερπικέραυνον [Hom. Il. O, 110, Od. ζ, 297], Eur. Suppl.

790, Helen. 1523. BARNES. Adde Iph. T. 1016, Orest. 1070, Soph. Trach. 111, Ai. 799, Aesch. Sept. 77, cett.

351. στίβῳ. Cf. 743. Poeticum vocabulum pro ὁδῷ; pro ἴχνος usurpatur etiam in oratione pedestri. Illa potestas obtinet Iph. T. 67, Phoen. 92, Or. 1274, haec multis locis Sophocleis, in Philoctete 24, 48, 157 cett.

352. πόλλ' ἐπεστράφη πέδον. Vertunt: diligenter solum pervestigavit, apta sententia. Sed collatis locis Helenae, 83 πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστράφης πέδον, ibid. 88, 768, Med. 666, aliisque apparet non aliud dici quam saepe ad solum se convertit, oculis scil. et mente. Dubitari forsan possit, an non praestet πέδου, ut ἐπεστράφη sit advertit, habuit rationem, qua potestate verbum genetivum adsciscere notum est.

354. ταὐτὸν ἥβης — εἶχ' ἂν μέτρον libri. Elmsley ad Med. 416 docens Atticos ante particulam ἂν non elidere epsilon, coniecit quod posui in margine cl. Alcest. 1064. Non facile tamen adducar, ut credam μέτρον mutandum esse, propter locos Iliad. Λ 225, Hesiod. Opp. 131, Theogn. 1115, ubi ἥβης μέτρον legitur, ita ut hinc formulam petivisse poetam nostrum sit valde probabile. Cf Od. ν, 101. Quare ausus sum (idemque Nauckium fecisse in proëcdosi nunc animadverto, in novissima enim editione recepit Elmsleyi coniecturam) abicere voculam ἂν rescripto εἶχεν. Ubi enim praecedit sententia conditionalis, ea particula omitti potuisse videtur a poetis. Hecub. 113 εἰ δὲ μὴ Φρυγῶν | πύργους πεσόντας ᾔσμεν Ἑλλήνων δορί, | φόβον παρέσχεν οὐ μέσως ὅδε κτύπος. Cf. Diphili vs. apud Athen. pag. 165, quem ibi attulit Dindorf, et Soph. El. 913, qui loci dubito num recte tententur. Bacch. 1313 arridet Hartungi ἔδωκεν ἄν. Bene Weil ad Hecubae locum citavit Ciceronem in Verrin. II, 49. Si per Metellum licitum esset, matres illorum miserorum sororesque veniebant.

355 sqq. Ut haec in libris leguntur intellegi nequit οὔκουν,

quia nullus est voculae conclusivae locus; quod sensisse videtur Kirchhoff, qui coniecit *ὡς οὐκέτ' ἄλλον κτέ.* Nauck utrumque versum, sed inverso ordine, inserendum putat post vs. 344. At sic vs. 357 a vs. 358, qui aptissime sequitur, male divellitur, neque aliae occurritur difficultati, quam criticos fugisse miror. Nempe manifestum arbitror Creüsae non Ioni tribui oportere vs. 755 *ἀδικεῖ νιν ὁ θεός· ἡ τεκοῦσα δ' ἀθλία*, quoniam pium dei ministrum procul dubio dedecet talis patroni sui accusatio coram femina ignota. Alia res est vs. 437 sqq., ubi solus loquitur audiente nemine. Contra Ionis, non Creüsae, verba continere videtur vs. 356 *οὔκουν ἔτ' ἄλλον ὕστερον τίκτει γόνον*; modo a fine addideris signum interrogandi. Haec igitur si bene perspexi, necessario duplex statuenda est lacuna, ut unum versum Ionis inter 354 et 355, unum Creüsae inter 356 et 357 intercidisse existimemus.

358. Admisi probabilem Nauckii transpositionem, in quam et ipse incideram. Nam librorum lectione contra sententiam *μόνος* cum *δρᾶν* iungere cogimur. Formam poeticam *μοῦνος* posteaquam vulgari cessisset, labente metro a magistellis transpositam esse nihil est quod miremur. Verte cum Hermanno commune amborum parentum gaudium solus gaudens iniuste facit. De hoc Accusativo apud verba gaudendi vide Valckenarium ad Hipp. 1339 et Lobeckium ad Aiac. 136.

359. *οἴμοι*. Quod interdum libri habent *ὤμοι* ut Homericum tragicis abiudicandum censet Elmsley ad Aiac. 900. — *προσῳδός* = *συνῳδός*, congruus, concinnus, ut *προσᾴδειν* interdum ponitur pro *συνᾴδειν*.

361. Libri *καὶ μή γ'*. Voculam *καί* ab oscitanti librario e vs. praecedenti male repetitam esse primus animadvertit Boissonade, probabiliter reponens *μή μή γ'*. Idem nuper suasit Cobet *Var. Lect.* ed. alt. [1]). Interdum vel triplex *μή* repe-

---

1) Haec verba corrigenti affertur mihi novissimus WECKLEINI libellus,

ritur, velut Soph. O. C. 210: *μὴ μὴ μή μ' ἀνέρῃ.* Bis repetitur Soph. Ai. 191 et saepe alibi. Sententia: noli me provocare ad miserationem eius rei quam obliti iam eramus. Nam dictum videtur pro *ἐπ' οἶκτον τοῦ (κακοῦ) οὗ ἐλελήσμεθα.* Interdum *οἶκτος* dicitur propriae calamitatis miseratio, quare apud Sophoclem O. C. 1636 frustra fuerunt; qui pro *οἴκτου* reponerent *ὄκνου.* Ad *ἐξάγειν* compara Alc. 1083 et Suppl. 79.

362. *σιγῶ. πέραινε δ'.* Frustra nuper THEOD. KOCK, *Versimilia*, pag. 188, coniecit: *σιγῶ περάνασ'*, ut dicat Creüsa, ipso interprete: morem tibi geram et tacebo, cum praesertim iam ad finem perduxerim ea quae scire volebam. Potest aliquis ad finem perducere quaestionem, non potest rem, de qua scire aliquid cupiat. Accuratius Graeci loquuntur. Ita dixisset, opinor, *σιγῶ, μαθοῦσά γ' ὧν σ' ἀνιστορῶ πέρι* aut aliquid huiuscemodi. Nihil mutaverim. Interpretor: taceo; tu vero mihi effice rem, de qua te consulo; i. e. perficias quod modo pollicitus es (cf. 333 sqq.), ut Apollo clandestinum mihi reddat responsum de amicae meae filii sorte. Quam interpretationem confirmant ipsa sequentia. Male vulgo explicant *πέραινε* per expone, quae notio ab hoc quidem loco alienissima est. Hinc factum, ut nuperrime Wecklein l. l. p. 399 tentaret *πέραινε δ' ὧν ἀνιστορεῖς πέρι.* — Verbis *ἱστορεῖν, ἀνιστορεῖν, ἐξιστορεῖν* promiscue tragici utuntur pro *ἐρωτᾶν.*

363. *κάμνει.* Cf. vs. seq. *νοσεῖ*, laborat.

Studien zu Euripides, quem acutis plenum observationibus nunc demum prodiisse doleo. Is transponendum suspicatur: *μὴ καί μ' ἐπ' οἶκτον ἔξαγε κτέ.* Supra 187 *τε προσώπων* natum suspicatur e *μετώπων*, cui superscriptum fuerit glossema *προσ(ώπων).* Vs. 134 pro *εὐφάμους* coniecit *εὐκαμάτους*, quo num opus sit dubito, siquidem *εὔφαμος* hic valet *ἁγνός*, ut Androm. 1145. Idem vs. 118 pro *τὰν* coniecit *γάπεδον*, quo non tollitur difficultas in verbo *ἐκπροιέναι.* Vs. 98, quod gaudeo, mecum conspirat in *Δίας* pro *ἰδίας.* Cetera suo quidque loco notabo.

365. πῶς ὁ θεός. Ad dactylum formatum e duobus monosyllabis et initio sequentis vocabuli cf. exempla diligenter collecta a Muellero de ped. sol. pag. 99. In hac fabula vide infra 825 et 1519. Apud Aeschylum et Sophoclem rari sunt in prima sede dactyli neque fere, si paucissimos locos excipimus, nisi uno vocabulo expressi. Idem p. 79 sqq. Male Kirchhoff πῶς δ'. Pergit enim Io in oratione instituta, non absoluta, vs. 363.

367 sq. Ludit poeta in παρηχήσει verborum αἰσχύνεται et ἀλγύνεται, prorsus ut Heracl. 541 sq. Similiter Sophocles El. 412 ludit in assonantia substantivorum θάρσος et τάρβος, Aristophanes Av. 636 sqq. in γνώμη et ῥώμη, ut pauca e plurimis afferam. Veteres enim tam Graeci quam Latini et oratores et poetae admodum talibus delectantur. Ingentem exemplorum copiam collegi, quae promere nihil attinet. Oppositionis autem vim misere frangit infelix Blomfieldi coniectura, quam perperam receperunt Kirchhoff et Dindorf. Vult enim Creüsa: At vero DOLET, (quod gravius) quae stuprum passa est mulier suam calamitatem. Particulis δέ γε graviora reponi solere ad ea quae alter dixerit satis constat. Hic usu venit Plautinum illud e Trinummo: pol pudere quam pigere praestat totidem literis. Cf. Capt. II, 1, 9 sq., Pseud. I, 3, 47. Vide *Verslagen* IV, 2, p. 184. — Obiter vide an nostro Electr. 508 reddendum sit ἠλγυνόμην pro absurdo ἠνεσχόμην. Imperite nuper Schöll *Soc. phil. Lips.* οὐ (sic) 'κηνυσσόμην.

369. προφητεύσει. Cf. θεμιστεύοντα vs. 371. Harpocratio, indicante Musgravio, θεμιστεύειν· ἀντὶ τοῦ χρησμῳδεῖν. Intellegenda Pythia.

371. δράσειεν — πῆμα. Alibi uno verbo dicit πημαίνειν. Similiter Rhes. 808 ὦ μέγιστα πήματ' ἐξειργασμένοι. Cf. Heracl. 960.

373. μαντευτέον hic de consulendo, modo 365 de dando oraculo. Forma act. μαντεύειν est sequiorum.

374. εἰς τοὔσχατον ἀμαθίας paene certa est Badhami correctio. Soph. Ant 853 προβᾶσ' ἐπ' ἔσχατον θράσους, Heracl. 303 κακῶν εἰς τοὔσχατον πεσόντες. Orest. 447 ἥκεις συμφορᾶς εἰς τοὔσχατον, Plat. Rep. II, p. 361 D, Phaedr. 240 D, Thuc. IV, 92, cett.

375. ἐκπονήσομεν κτέ. graviter operam dabimus, ut dii inviti aperiant cett. Soph. O. R. 280 ἀναγκάσαι θεοὺς | ἂν μὴ θέλωσιν οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ.

376. προβωμίοις. Cf. Her. 79, πῦρ ἐπιβώμιον Andr. 1024 et El. 715, ἀμφιβώμιοι σφαγαί Troad. 562. Cf. supra 52. Orest. 1434 ἐπιτύμβι' ἀγάλματα corrigendum uideri pro ἐπὶ τύμβον ἀγ. olim monui. Similiter formatum μετακύμιος Alc. 92, alia multa.

377. ἢ δι' οἰωνῶν πτέροις, aut ominibus per aves; i. e. aut auguriis. Cf. O. C. 97, Pindar. Pyth. IX, 220. Suspectum tamen vocabulum in hac compositione. Exspectabam ἢ δι' οἰωνοσκόπων, ἢ δι' οἰωνισμάτων, ἢ δι' οἰωνῶν τέχνης, ἢ δι' οἰωνῶν πόρου, i. e. ope, praesidio, adminiculo, ut dicitur μαντικῆς ὁδός, similia, ἢ δι' οἰωνῶν πόρους. In ultimam quam memoravi suspicionem incidit quoque Wecklein l. l. p. 399, conferens Aesch. Prom. 280. Utrumque vaticinandi genus saepius coniunctum reperies velut Suppl. 211 sqq. ἃ δ' ἔστ' ἄσημα κοὐ σαφῶς γιγνώσκομεν, | εἰς πῦρ βλέποντες καὶ κατὰ σπλάγχνων πτύχας | μάντεις προσημαίνουσιν οἰωνῶν τ' ἄπο.

379. ἄκοντα libri; ἀνόνητα emendavit Stephanus, quod merito recepit Nauck. Minus apta videtur Wakefieldi coniectura οὐκ ὄντα, quam admisit Dindorf. Neque hic anxie spectandi sunt literarum apices, si quidem mendum natum est e praegresso ἀκόντων. Erat quum librorum lectionem defendi posse putarem ope loci Solonis ap. Stob. IX, 25, 13, ut Euripides respexisse crederetur illud οὐκ ἐθέλων ἕπεται (sc. πλοῦτος); quod tamen parum est probabile. Aptissime ἀνόνητα respondet sequenti ὠφελούμεθα.

381. *πολλοῖς — βροτῶν*, quod est in libris, non indicat nisi partem hominum, πολλοῖς βροτοῖς totum humanum genus, cuius praedicatur multitudo. Provocatum autem est hoc praedicatum praegresso πολλαί, ut Graeci studiose sectari solent huiusmodi assonantias, qualis et haec est et κακὸς κακῶς, καινὸς ἐν καινῷ, κλεινὸς ἐν κλεινῷ, ὀρθὸς ἐν ὀρθῷ, aliaeque permultae. Quocirca recepi cum Nauckio hanc Stobaei lectionem hos vss. afferentis flor. 98, 41. Ab eodem cum Dindorfio mutuatus sum scripturam μορφαῖς pro μορφαί, et quia facilius, praegresso συμφοραί, illud in hoc quam hoc in illud abire potuit, et quia, si μορφαί scribimus, non aeque perspicuum est poetam voluisse μορφαὶ συμφορῶν, non μορφαὶ βροτῶν, quam si legimus μορφαῖς. Ceterum inter duo bona (nam μορφαί ferri haud dubie potest) difficilior est optio. Ad sententiam compara notissimam clausulam, quam posuit poeta in Alcestidis aliarumque quarundam fabularum exitu: πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων κτέ. Tandem probabilem Heathii emendationem admisi cum Dindorfio, ita tamen ut simul ipse corrigerem ἄνθρωπον βίῳ. Unum vix hominem felicem in vita (sua) quis inveniat. Eleganter ut solet, vertit Grotius: Multae miseriae genus in humanum incidunt. Variae videri: nec reperta est hactenus Vita ulla, cuius perpetim felix tenor. Sophocles apud Stob. 108, 53 (fr. 610) τὸ δ' εὐτυχοῦν πᾶν ἐξαριθμήσας βροτῶν | οὐκ ἔστιν ὄντως ὅντιν' εὑρήσεις ἕνα, ut de Nauckii coniectura edidit Dindorf pro πάντ' ἀριθμῆσαι. Sed locus nondum emendatus, nec ferri potest quod nuper proposuit Madvig: τὸν δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμήσας βροτῶν κτέ. Infelicem mortalium sortem, ut plerique poetae, Euripides saepe tetigit. Cf. Suppl. 196, 550, 953, Hipp. 190, Med. 1228 sqq., fragm. 757, 909, et alibi. Notum est Solonis illud ad Croesum apud Herod. I, 32: πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή.

386. Hic versus est πολύσιγμος, ut Medeae vs. 476, Iph.

T. 766 et 785 BARNES. De sigmatismo Euripideo vide Porsonum ad Medeae locum laudatum.

387. ὀγκωθῇ τάφῳ, i. e. tumulo augeatur = humetur. Or. 402 ἐξώγκουν τάφῳ. Ὀγκωτὸς τάφος est Anthol. IX, 117, 2, aggestus tumulus. Alexander Aetolus ap. Parthen. Erot. XIV, vs. 32 sq.:

καὶ τόθ' ὁ μὲν ξείνων πολλὸν ἀποτμότατος
ἠρίον ὀγκώσει τὸ μεμορμένον κτέ.

ubi οἰκήσει coniecit Brunckius, quod ἠρίῳ ὀγκωθήσεται dicendus fuerit is qui sepeliatur, adstipulante Meinekio in Analectis Alexandrinis, pag. 225, qui affert ex Hedylo ap. Athen. IV, pag. 176 C ἠρίον οἰκεῖν et de locutione ὀγκοῦν τάφῳ conferri iubet Hemsterhusium apud Geelium Bibl. Crit. nov. I, pag. 83. Verbum ὀγκοῦν praeter Soph. fragm. 679 solus tragicorum idque satis frequenter usurpavit noster. Substantivo ὄγκος frequenter uterque usus est; neutro vocabulo Aeschylus.

388. ἔλθῃ εἰς ὄψιν. Hipp. 24 sq. ἐξάγειν εἰς ὄψιν, Iph. A. 998 εἰς ὄψιν πελάζειν, ib. 1212, εἰς ὄψιν καλεῖν Bacch. 1257; εἰς ὄψιν βαίνειν El. 1237; ἐλθεῖν εἰς ὄμμα Heracl. 887; εἰς ὄμματ' ἐλθεῖν Or. 461; εἰς ὀμμάτων ὄψιν περᾶν Or. 513, cett.

390. ἀλλ' ἐὰν χρὴ τάδ'. Verba vix certa coniectura sananda. Alius aliter tentarunt; Musgrave: ἄλλως ἐὰν χρὴ τἄδικ', Duport: ἀλλ' οὖν ἐὰν μοι χρὴ τάδ', Reiske: ἀλλ' οὖν (ἐὰν γὰρ χρὴ τάδ', εἰ — βούλομαι) ἀλλ' κτέ., Wakefield: ἀλλ' οὖν ἐὰν γε χρὴ τάδ', quod receptum ab Hermanno, Fixio, Dindorfio, Heimsoeth: ἀλλ' οὖν ἐὰν χρεὼν τάδε. Quos omnes a poetae mente aberrasse crediderim. Aliam viam iniisse video Nauckium qui suspicatus in ΕΑΝΧΡΗ latere ΕΔΗΧΡΗ edidit partim cum Musgravio: ἄλλως ἔδῃ + χρῇ τάδε, inseri iubens δή in annotatione, probante Weckleino in analectis Euripideis, pag. 193, nisi quod hic addi malit γάρ. Fidem fortasse haberem, si satis constaret ipsa ἔδῃ Graece dici posse

χρῆν. Dicitur quidem χρῇ ὁ θεός, ἡ Πυθία, τὸ μαντεῖον, sed non dicitur χρῇ ὁ νεώς, τὸ ἱερόν, nec tamen aliud ἕδη (praeter simulacrum, quod huius loci non est) significare potest quam templum, non oraculum, ut opinor. Insuper vix potuit Creüsa inde quod sibi certa de causa deus respondere nolebat, efficere frustra oraculum consuli ab hominibus. Eodem incommodo laborat Kirchhoffi coniectura ἄλλως ἄρ' ἦν χρηστήρι'. Quapropter loco fortasse melius consulas coniciendo: ἄλλως ἄρ' ἦλθον ἐνθάδ', aut aliquid certe in hanc sententiam. Nam ipsa verba non praesto.

391. citat Herodianus περὶ σχημάτων ap. Walzium VIII, p. 584 et Schol. Hom. Il. N, 257. Kirchh.

393 sq. Τὰς Τροφωνίου θαλάμας. Vocabulum proprie usurpatur de ferarum latebris, ut Phoen. 931.

395—400 Stob. Flor. 74, 29.

396. κἀποβῇ λόγος. Nauck de coniectura sua reposuit pro καὶ προβῇ λόγος, quae procul dubio vitiosa sunt. Cf. notus plurium fabularum Euripidearum exitus τοιόνδ' ἀπέβη τόδε πρᾶγμα (Med. Alc. Andr. Bacch. et Hel.), et Bacch. 908. Med. 1117 καραδοκῶ τἀκεῖθεν οἷ προβήσεται, verius puto οἷ 'ποβήσεται. Vix ulla litera facilius perit quam P. Ea inserta nuper (*Verslagen* IV, 1, 94), emendavi locum Supplicum 417 legendo διορθρεύων λόγοις pro διορθεύων λόγους, et mox 406 Wakefield pro συγκαθήσεται vere correxit συγκραθήσεται, quod receptum est ab omnibus. Contrario errore interdum P male additur a scribis, velut apud Aeschylum Prom. 49 ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν, ubi certa emendatione Stanley olim reposuit ἐπαχθῆ. Lenissima igitur est Nauckii coniectura, quae si vera est, sententia sic exponenda: ne sermo meus peiorem eventum habeat quam pro ratione (mente) qua eum exponebam. Non tamen diffiteor me potius expectasse: καὶ κριθῇ λόγος (scil. ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς) οὐχ ἧπερ κτέ., i. e. et ne mea oratio aliorsum (a marito meo)

accipiatur, quam (eum tibi) exponebam; quae scribendi ratio perspicuitate illam lange superaret. Vocabula λόγος, μῦθος et ἔπος saepe Graece poni pro sermonis argumento, re quam exponimus, pauci ignorant. Ad ἐξελίσσειν cf. Suppl. 141 σὺ δ' ἐξελίσσεις πῶς θεοῦ θεσπίσματα;

398—400 τὰ γυναικῶν mulierum conditio, ratio. Ad sententiam compara fragm. 496, 2 sqq. αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις | αἶσχος γυναιξὶ καὶ κεκοίνωνται ψόγον | ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί. Cf. Hecub. 1184, Med. 230 sqq., fragm. 1045, quod inde a vs. 4to sic in libris scriptum est:

ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν·
οὐδ' ἂν γένοιτο γράμμα τοιοῦτ' ἐν γραφῇ,
οὐδ' ἂν λόγος δείξειεν κτέ.

Nauckii correctio τοιοῦτον γραφεῖ ut ibi sufficiat valde vereor. Verum esse suspicor:

ἀλλ' οὐδὲν οὕτω δεινὸν ὡς γυνὴ κακόν,
οὐδ' ἂν γένοιτ'· οὐ γράμμα τοῖον, οὐ γραφή,
οὐκ ἂν λόγος δείξειεν κτέ.

At nullum (est) tam grave malum quam mulier, nec fieri potest: non liber, non tabula picta, non oratio tale (tam grave malum) ostendat, cett.

401. προσφθεγμάτων. De hoc pio more adventantium deos primos salutandi cf. Aesch. Ag. 509 sqq., 810 sq.; Eur. H. F. 609; Plaut. Amphitr. I, 1, 32; Bacchid. II, 1; II, 3, 113; Stich. 534, 623. Sollenne est hac in re verbum προσαγορεύειν. Salutabant adorabantque deos veteres operto capite. Cf. Plaut. Amph. V, 1, 41; Curcul. III, 3, 19, ibique interpretes.

404. ἀφίγμην δ' εἰς μέριμναν. Bacch. 610 εἰς ἀθυμίαν ἀφίκεσθε. Cf. Iph. A. 453, Phoen. 361, cett. Infra 583 εἰς φροντίδας τ' ἀπῆλθες. — μέριμναν = σύννοιαν, meditationem. De veritate Badhamianae emendationis nemo sanus dubitabit.

405. ἐκ Τροφωνίου. Cf. infra 787 ἐκ θεοῦ, nisi forte

ibi scribendum est *ἐκ ναοῦ* cum Nauckio, quod sane probabilius ob sequens *θεός*.

406. *σπέρμα συγκραθήσεται.* Cf. ad 396: communis (miscendo corpora?) nascetur nobis proles. Locutio mihi alibi non lecta. *Σπέρμα* pro *σῶμα* nuper nostra reddidi Suppl. 222 *Verslagen* IV, 1, pag. 93 sq.

400. *εἰ γάρ.* In hac formula *εἰ* usurpatur pro *εἴθε*; raro sine *γάρ*, velut Soph. O. R. 863.

412 sq. Locum olim male intellectum a Musgravio ceterisque interpretibus primus bene explicuit Hermann, qui recte distinguens post *τὸν σόν* vertit: quod nobis prius cum filio tuo commercii intercessit melius cadat. Ita Xutho, sic pergit vir acutissimus, videbitur orare, ut quae nunc sacra facturi sint, magis propitia mente accipiat Apollo quam quae ei antehac fuerint oblata: ipsa autem optat, ut quae sibi olim infelix fuit cum Apolline consuetudo, quippe cuius praemium orbitatem habet, ea ut in melius convertatur, ereptumque sibi filium inveniat. — *μεταπέσοι βελτίονα.* Plerumque verbum usurpatur de rerum conversione in peius, paulo rarius ut h. l. de conversione in melius. Cf. Ar. Av. 626, Lycurg. in Leocr. p. 155, 22, cett.

413. *ἔσται τάδ'.* Confidenter loquens Xuthus futuro utitur, non optativo. Cf. 425.

414. Correxi *ἡμῖν* pro *ἡμεῖς*, quia si ita legimus cum libris, non potest aliud verbum suppleri quam *προφητεύομεν*, quod de Ione aedituo absurdum est. Ad formam orationis cf. Iph. T. 621, Iph. A. 745. *Verslagen* IV, 2, p. 184.

415 sq. intellegendi *προφῆται*, sive *ἐξηγῆται*, ut videtur, de quibus vide ad 95. De horum numero procedente tempore aucto cf. Wesseling ad Herod. VIII, 36 sq., unde apparet unum tantum fuisse tempore belli Persico II. Cf. ad 421.

419. *χρηστήριον*, scil. *θῦμα*, victima immolanda antequam oraculum consuli fas esset. Cf. 227 et Diodorus XVI, 26 *αἰξὶ μάλιστα χρηστηριάζονται μέχρι τοῦ νῦν οἱ Δελφοί.*

421. *αἰσία γάρ.* Faustus dicitur dies propter rite perpetratum sacrum. Id quale fuerit docet Plutarchus de orac. def. p. 435 B: — *μὴ θεμιστεύειν, εἰ μὴ τὸ ἱερεῖον ὅλον ἐξ ἄκρων σφυρῶν ὑπότρομον γένηται καὶ κραδανθῇ καταπενδόμενον. Οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ διασεῖσαι τὴν κεφαλήν, ὥσπερ ἐν ταῖς ἄλλαις θυσίαις, ἀλλὰ πᾶσι δεῖ τοῖς μέρεσι τὸν σάλον ὁμοῦ καὶ τὸν παλμὸν ἐγγενέσθαι μετὰ ψόφου τρομώδους. Ἐὰν γὰρ μὴ τοῦτο γένηται, τὸ μαντεῖον οὔ φασι χρηματίζειν, οὐδ' εἰσάγουσι τὴν Πυθίαν κτέ.* Monet Barnes Pythiam non semper responsa dedisse nec diebus nefastis. Hinc Plutarch. vit. Alex. [XIV]: *βουλόμενος δὲ τῷ θεῷ χρήσασθαι* (Alexander) *περὶ τῆς στρατείας, ἦλθεν εἰς Δελφούς, καί, κατὰ τύχην ἡμερῶν ἀποφράδων οὐσῶν, ἐν αἷς οὐ νενόμισται θεμιστεύειν, κτέ.* Plutarchi aetate non nisi semel singulis mensibus responsa dabantur, eratque una tantum Pythia, quum olim florente Graecia duae fuissent prophetissae per vices eo munere fungentes et vel tertia, non sufficientibus illis, sederet vicaria (*ἔφεδρος*). Plut. de def. or. p. 414. Cf *Q. Gr.* IX.

423. *κλῶνας.* Intellige non serta capiti circumdata, sed ramulos quos manu gestabant qui vel Deos vel homines supplicandi causa adibant. Musgr. Cf. Wunderi primus excursus ad Oed. Reg. meaque, si tanti est, annotatio ad O. R. 2 sq. — Iungi solet ab interpretibus *δαφνηφόρους κλῶνας*, in qua compositione male me habet *δαφνηφόρος* usurpatum pro *δάφνινος*, nec tamen satis probabile videtur poetam coniuncta voluisse *βωμοὺς δαφνηφόρους*, ut dicat: tu vero, mi uxor, circa aras, lauris coronatas, sumtis VERBENIS (quod proprium est Latinis vocabulum. Cf. Servius ad Aen. XII, 120), deos venerare. Quocirca vide, annon verior sit quam in margine apposui coniectura *δαφνηφόρος*, proleptice usurpatum et referendum ad ipsam Creüsam. — Cf. Plaut. Merc. 676.

424. *εὐτέκνους — χρησμούς*, i. e. *περὶ εὐπαιδίας.* — *θεοῖς*, „non Apollini sed reliquis, quotquot alibi per urbem Delphicam colebantur. Paret huic mandato Creüsa, nec prius ad

templum revertitur, quam Xuthus, Ione comitante, ad sacra facienda discessit. Quo artificio cavet poeta, ne Creüsae odium in Ionem Xutho ante tempus innotescat." MUSGR. Haec verba locutus Xuthus aedem intrat; mox Creüsa se confert in urbem, et Io quoque post monologiam (429—451) scenam relinquit.

425. ἔσται τάδ' ἔσται. Cf. 413. Responsum spectare videtur verba εὐτέκνους — ἐνεγκεῖν, non λαβοῦσα — εὔχου.

426. ἀλλά, non positum ab initio, saltem significat. Addatur hoc exemplum iis quae collegit Elmsley ad Heracl. 565. Cf. Hermannum ad Med. 912, ubi ostendit non satisfacere Elmslei interpretationem per Anglicam voculam then. — ἀναλαβεῖν ἁμαρτίας, reparare peccata. Soph. Phil. 1249: ἁμαρτίαν αἰσχρὰν ἁμαρτὼν ἀναλαβεῖν πειράσομαι, et ita non raro pedestres. Cf. ἀναμάχεσθαι, reparare cladem. Ἀνατίθεσθαι proprie est in πεττῶν ludo alium calculum ponere (cf. Harpocr. s. v.), deinde per metaphoram retractata sententia errorem emendare.

427. ἅπας μὲν οὔ, quia ne deus quidem τὸ φανθὲν ἂν δύναιτ' ἂν ἀγένητον ποιεῖν, ut loquitur Hyllus in Trachiniis vs. 742 sq., neque igitur potuit Apollo plane reparare dolores, quos misera mater olim perpessa fuerat.

428. θεός γάρ ἐστι. Iph. T. 1479 τί γὰρ πρὸς τοὺς σθένοντας θεοὺς ἁμιλλᾶσθαι καλόν; quod a tragicis vocatur θεομαχεῖν sive μάχεσθαι πρὸς τὸ θεῖον. Fragm. 494, 5 οὐ χρὴ μάχεσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν, ut olim probante Dindorfio emendavi pro 'γκαλεῖσθαι (codd. τλεῖσθαι vel γλεῖσθαι) in *Exercit. Crit.* pag. 53. Nunc idem proponit Cobet Memnos. 1874, 4 p.

431. ἤτοι — γ' — ἤ. Cf. Elmsley ad Med. 1263, ubi monens plerumque voculam γε omitti, additae haec collegit exempla: Rhes. 816; Herod. I, 11; III, 83; VIII, 108, Plat. Apol. p. 27 C, Phaed. p. 76 A, Gorg. p. 460 A et 467 E. Med. 1263 Elmsl. = 1296.

433—451. Iustinus Martyr de mon. I, p. 128; 440—451; Stob. Ecl. I, 3, 5; I, p. 41, 42; 442—447; Clem. Al. protr. p. 22. KIRCHHOFF.

434. Variis modis tentarunt vv. dd. προσήκει τ'. Reiske προσήκει γ', quod recepit Hermann; Musgrave et post eum Elmsley (ad Heracl. 693) et Matthiae προσήκοντ', Nauck προσῆκόν γ', receptum ab ipso et Dindorfio, licet hic Suppl. 472, ubi pro librorum lectione προσήκοντ' Nauck iterum reponit προσῆκόν γ', iure moneat male abundare particulam. Optime iam Wakefield hic correxit προσῆκον, et nuper idem suasit utroque loco Cobet *Var. Lect.* p. 594 (ed. II). Ita sensim ἐκνικᾷ τἀληθές.

435. πρόχοισιν. De forma vocabuli cf. Dobree *Aristophan.* pag. 8 ad Nub. 270. — ἀπορραντήρια, vasa continentia aquam lustralem, qua aspergebantur sacrificaturi aut adituri loca sacra. Vocabulum hic tantum legi videtur apud auctores. Saepius vero in tabulis quaestorum Minervae *Inscr. Att. Euclide vetust.* 117 sqq. *Kirchh.* Vide 147, 148, 149 sqq. Alibi vocantur περιρραντήρια s. χέρνιβες, χερνίβια, χειρόνιπτρα, χέρνιπτρα, unde locutio χέρνιβας νέμειν et de iis, qui piaculum contraxerunt, χερνίβων εἴργεσθαι. Plura dedi ad Oed. Reg. 240.

436. δρόσον tragici frequentant pro ὕδωρ, ut ros poetae Latini pro aqua. Cf. νᾶμα et γάνος. — καθήσω frequenter de liquore. Cf. infra 1034. Hinc olim in Adnot. Crit. ad fragm. com. Gr. pag. 46. ANTIPHANI (Mein. III, 27) reddidi: αἰγῶν ἀπόρρουν θρόμβον ἐγκαθειμένον εἰς πλατὺ στέγαστρον pro absurdo ἐγκαθήμενον.

437. τί πάσχει, i. e. οἷον πάσχει. Lectionem tuetur Iustini scriptura quamvis depravata τί παρέχει. Male Canter τί πάσχων παρθένους κτἑ. Nam in ea re Graecum foret τί παθών. Cf. Arist. Ach. 912, Pac. 700, Nub. 401, 1443, et ita constanter apud omnes.

438. παῖδας ἐκτεκνούμενος, i. e. γεννῶν. Compositum

alibi non exstat. Med. 574 *παῖδας τεκνοῦσθαι*. Cf. fr. 319, cett. Tragici promisce forma activa et media utuntur.

439. *θνήσκοντας*. De antiqua Graecorum consuetudine scribendi hoc verbum cum iota adscripto cf. WECKLEIN, *Cur. Epigr.* p. 45 sqq., et LA ROCHE, *Homerische Untersuchungen*, p. 216. Consuetudo, licet Didymo *ἄλογος* visa sit, retinenda est tamen, quia Euripidem cum aequalibus ita scripsisse constat. Fortasse h. l. obsequendum est Kockio Veri-simil. pag. 171, probabiliter emendanti *θνήσκοντος*. „Liberos clam gignens, si quis eorum moritur, neglegit," cl. Krueg. gramm. gr. 58, 4, 5; 61, 4, 1. Recte monet frustra Schoemannum vulgatam eo defendere, quod *ἀμελεῖν* nihil aliud sit quam *περιορᾶν*, nec quidquam ad rem facere Platonis locum Phaed. p. 98 D *ἀμελήσας τὰς ὡς ἀληθῶς αἰτίας λέγειν*, quo post Matthiaeum provocent interpretes [1]). Eorum qui depravatae lectionis patrocinium susceperunt miror neminem provocasse ad similem verborum gaudendi et dolendi structuram, quam Oropicam dicunt veteres grammatici. Cf. Soph. Ai. 136 *σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω*, ubi consulas doctam Lobeckii adnotationem. In qua tamen constructione nullum nostro loco praesidium esse non facile fallet peritiores. — *μή σύ γε*. Vide Heindorfium ad Protag. 318 B.

440 sq. Cf. Aiac. 133 sq.

442 sq. De diis legislatoribus cf. Soph. Ai. 1130, 1343, O. R. 865, Ant. 454, ubi *ἄγραπτα κἀσφαλῆ* vocantur deorum *νόμιμα*, Eur. Suppl. 563, Hipp. 98.

443. *ἀνομίαν ὀφλισκάνειν*. Euripides cum hoc verbo (damnari, reum esse) praeterea iungit substantiva *μωρίαν*, *δειλίαν*, *αἰσχύνην*, *ἀμαθίαν*, *βλάβην*, *γέλωτα*, *ζημίαν*, Sophocles *σκαιότητα*, *δίκην*, *κακίαν*. Aeschylus non nisi semel usus est Agam. 520 (*δίκην*). Iustini et Clementis lectio *ἀδικίας* inde

---

1) Herod. VII, 163 (*τούτην μὲν τὴν ὁδὸν ἠμέλησε*) correxerim *μετῆκε*. Hesychius: *μεθημοσύνη· ἀμέλεια. μεθήμων· ἀμελής. μεθῆς· ἀμελήσης*.

nata est, quod scribae oculi aberrarunt ad 447, quales errores sunt perfrequentes, et diligenter ubique observare est operae pretium.

445. δίκας βιαίων. Heracl. 424 ἀλλ' ἢν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι pro priore δίκαια correxi βίαια Stud. Crit. in poet. scen. pag. 30 sq.

446. Versum, si abesset, non requirerem. Nec tamen spurium existimo. Certe Apollo, Jupiter et Neptunus prae ceteris diis furtis suis famosi erant.

447. Optime intellexit Barnesius τίνοντες de mulctis solvendis accipiendum esse et κενώσετε de templorum thesauris.

449. προμηθίας. Iustinus προμηθείας. „Hac forma (προμηθία) constanter tragici utuntur non προμήθεια. „Dindorf *in lex. Soph.* Ab adiectivis in ής Graeci formarunt aut proparoxytona in εια aut paroxytona in ία, correpta litera iota, quare suspectum Elmsleio ad O. C. 748 quod crebro legitur αἰκία, producta constanter vocali, quocirca veram vocabuli formam esse iudicat αἴκεια (formatum ab αἰκής), recte κἰθρία, καλία, κονία ad aliud genus referens. — πάρος tam postponitur quam praeponitur regimini suo. Praepositi exemplum habes Soph. O. C. 418. Idem valet de πάροιθεν, quod praeponitur Aesch. Cho. 390. Cf. πρόπαρ et προπάροιθεν. Conington propter Iustini lectionem πέρας coniecit πέρα, quod mihi quidem prae vulgata lectione arridet. „Voluptatibus enim dediti non in primo loco voluptatem, in secundo prudentiam sectantur, sed voluptatem solam, eamque ultra prudentiae limites." Badham.

450 sq. De hoc loco, ut deorum vitia malorum hominum excusatio et aemulatio fuerint vide exemplum in Eunucho Terentiano Act. III, Scen. 5. Cyprianum epist. II et Hugonem Grotium de veritate Christianae religionis lib. IV. Barnes. Egregie noster fragm. 294, 7: εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρόν, οὐκ εἰσὶν θεοί. Herc. Fur. 1341 sqq. ἐγὼ δὲ τοὺς θεοὺς

οὔτε λέκτρ' ἃ μὴ θέμις, | στέργειν νομίζω, δεσμά τ' ἐξάπτειν χεροῖν | οὔτ' ἠξίωσα πώποτ' οὔτε πείσομαι, | οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι. | δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεός, | οὐδενός· ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι. Nota est de hoc argumento sententia Platonis divinique eius magistri, cuius imaginem a posteris deformatam restituere laudabili studio conatus est A. Krohn in libro *Socrates und Xenophon.* Qui vir doctus plus sane effecisset, si paucis sed bonis argumentis confisus non confugisset ad mala, quibus vereor ne causae et suae et Socratis valde offecerit.

452. *ὠδίνων λοχιᾶν.* Similis abundantia Bacch. 89 *ἐν ὠδίνων λοχίαις ἀνάγκαισι.*

453. *ἀνειλείθυιαν.* Lucinae expertem. Orest. 621 *ἀνηφαίστῳ πυρί* (an sic quoque scripsit Soph. Elect. 888, ubi hodie legitur *ἀνηκέστῳ πυρί*?). Ad utriusque vocabuli similitudinem Euripides composuerat *ἀνίσμηνος*, quod pulchra coniectura Badham in praefatione editionis Iphigeniae Tauricae pag. 17 huic poetae reddidit Phoen. 347, ubi codd.: *ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη λουτροφόρου χλιδᾶς* (ante Cobetum Mnem. I, 1873, pag. 386); de Genetivo conferri iubens Elmsleium ad O. R. 185 et Valckenarium ad Phoen. 328. — *ἀνειλείθυιαν· ἄτοκον* Hesych. Cf. Etym. m. p. 298, Suid., Zonar., Poll. III, 15, Bekk. An. I, p. 396, Eustath. in Od. p. 1861. Kirchhoff.

455. *Προμαθεῖ Τιτᾶνι.* Cf. Phoen. 1122, Soph. O. C. 56. Nominis *Τιτάν* incerta origo. Veterum opiniones si quis scire cupiat, adeat Hesiodum Theog. 209, Diod. Sic. III, 57 et V, 66, Serv. ad Aen. VI, 510. Primus Titanes memoravit Hom. Il. XIV, 279.

457. *κορυφᾶς.* Vocabulum Euripidi reddidi El. 460 *πεδίλοις κορυφάν* scribens pro *πεδίλοισι φυάν*, *Verslagen* IV, 1, p. 101. Secundum Hesiodum Theog. 894 sqq. Iupiter filiam, quam ei Metis coniux editura erat, *πρόσθεν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν, ὄφρα κτἑ.* Hymn. Hom. 28, 4 *τὴν αὐτὸς ἐγείνατο*

μητιέτα Ζεὺς σεμνῆς ἐκ κεφαλῆς, πολεμήια τεύχε' ἔχουσαν κτέ. qui hymnus necessario scriptus est post Stesichorum, si vere contendit scholiasta ad Apoll. Rhod. IV, 1310 (ὅτι) πρῶτος Στησίχορος ἔφη σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ἀναπηδῆσαι τὴν 'Αθηνᾶν. Secundum Pindarum Ol. VIII, 35 sqq., quem Lucianus sequitur dial. deor. VIII, Vulcanus securi percussit caput Iovis, secundum alios Palaemon (Schol. ad Ol. VII, 66). Mythus saepe a veteribus artificibus in operibus suis expressus est. In fronte orientali Parthenonis, teste Pausania in Atticis, ὁπόσα ἐν τοῖς καλουμένοις ἀετοῖς κεῖται πάντα ἐς τὴν 'Αθηνᾶς ἔχει γένεσιν. Hodie praeter rudem delineationem, quam anno 1674 fecit Carrey, non exstant nisi pauca fragmenta, quibus adiuti Archaeologi conati sunt pulcherrimi operis imaginem quandam reddere nostrae aetatis hominibus. Cf. QUATREMÈRE DE QUINCY, *Restitution des deux frontons du temple de Minerve a Athènes*, Paris 1825, DYER *ancient Athens*, pag. 305 sqq., sed imprimis praeclarum opus MICHAELIS, *das Parthenon*. Videantur praeterea Pausan. III, 17, 3 et Philostr. Imag. II, 27, p. 852.

457. Νίκα. Plenum nomen reperitur ap. Soph. Philoct. 134 Νίκη τ' 'Αθάνα Πολιάς, dictum ut Ποσειδῶν 'Ερεχθεύς, Ζεὺς Λακεδαίμων, alia. Eius simulacrum, aliter quam Victoriae vulgaris, carebat alis; unde eius aedicula, quae hodieque exstat Propylaeis vicina, ἀπτέρου Νίκης dicitur a Pausania. Cf. Harpocratio, qui praeterea narrat tenere dextra malum punicum, sinistra galeam, laudato Heliodoro periegeta in primo libro de Acropoli. Plura vide apud R. KEKULÉ in libro qui inscribitur über den Tempel der Athena-Nike (Leipz. 1869) et apud DYERUM l. l. p. 373 sq.

459. Ut hic Olympi thalami memorantur, ita alibi Αἴδου et Περσεφονείας Hec. 483, Suppl. 1022. Cf. Antig. 804. Sophocles O. R. 195 mare vocat θάλαμον 'Αμφιτρίτης.

463. Himerius ap. Phot. p. 602: Δελφοὶ δ' ἄρα, ἱερὰ πόλις 'Απόλλωνος, λατρεύουσι μὲν ἀεὶ τῷ θεῷ καὶ περιχορεύουσι

μετὰ παιάνων τὸν τρίποδα. De more choros ad templa longinqua mittendi vide Callim. in Delum 279, ibique Spanhemium. MUSGR. Cf. Phoen. 241 sqq. (ed. Pors.). Coniecturam περιχορευομένῳ, falso tributam Wiselero, auctori suo reddidi in adn. crit. De metrica licentia huius vs. cf. Christ, Metrik, p. 88.

465. σὺ καὶ παῖς ἁ Λατογενής. Utraque dea simul cum Apolline invocatur apud Sophoclem in parodo Oedipi Regis 151 sqq.

καθαροῖς μαντεύμασι, i. e. claris, perspicuis, metaphora sumta ab aqua pura et limpida, quae est διαφανής. Contra θολεροὶ λόγοι ab Aeschylo Prom. 885 obscura verba vocantur.

474. ἀκίνητον ἀφορμήν, i. e. ἀσφαλῆ ἀρχήν, firmum praesidium ac fundamentum. Heathius: quibuscumque enim florida iuventus frugibus nutrita splendet in thalamis paternis, ea res fundamentum praebet stabile eximiae felicitatis mortalibus. At ita, iubente certa lege sermonis, scribi debuit καρπότροφοι (προπαροξυτόνως), ne urgeam satis ridiculum esse epitheton. Hermannus, collatis cum Matthiaeo vss. 481 sqq., intellexit fructum, qui in felicitate illic descripto posita est. Eidem tamen placuit Musgravii coniectura κουροτρόφοι, qua ἧβαι dicantur puerorum altrices, quamque recepit Dindorf. „Sed νεανίδες ἧβαι τέκνων periphrasis est," verba sunt Badhami, „pro ipsis liberis — quibus κουροτρόφοι epitheton mimime convenit. Leniorem correctionem praetuli καρποτρόφοις." Quam ipse eo facilius admisi, quod mihi, dudum antequam Badhami editionem cognovi, ut coepi de hoc loco cogitare, idem venit in mentem. Ita patrii thalami dicuntur feraces, fertiles, ut frequenti mataphora vocabula ad agrorum culturam pertinentes transferri solent ad liberorum procreationem. — Ceterum cf. Od. ν 223.

478 sqq. „διαδέκτορα πλοῦτον non accipio cum Barnesio

τὸν ἐκ διαδοχῆς προσγιγνόμενον, sed divitias quae in domo reconditae alinm post alium heredem excipiunt." MATTHIAE, cuius interpretationem merito probavit Hermann. In vs. sequenti vereor ne monstrum alat ὡς ἕξοντες, non quo constructioni πρὸς τὸ σημαινόμενον locum non concedam (vide v. c. Oed. Reg. 1376, Troad. 531 sq. πᾶσα γέννα Φρυγῶν — ὡρμάθη — θεᾷ δώσων, ubi tamen δοῦναι praetulerim), sed propter metrum vs. antithetici, unde, si Ὀλύμπου vera lectio est, ⏑ – – –, sin Οὐλύμπου, ut suspicor, bene correxit Badham, – – – – veram mensuram esse appareat. Quod coniecit Reiske παρεξόντων adversatur sententiae. Ergo, ni gravius peccatum, scripserim ὡς ἑξόντων iungendum cum τέκνων. Sententia: quippe qui hereditarias divitias habituri sint a parentibus, aliis liberis (suis nempe) postea traditnri.

481 sqq. Nemo monitus non sentiet ne valde mediocrem quidem poetam ita scribere potuisse. Librarius, cui ἀλκά erat ἔναυλον, dedit ἀλκάν, pro eo quod reposuit αἴγλαν, dictum ut (σωτήριον) φάος Med. 482. Vocabulo saepius noster in melicis usus est: Suppl. 990, Rhes. 534, Troad. 321, 549. Cf. *Verslagen*, IV, 2, p. 184. Ad sententiam compara fragm. 362, 14 sq: τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν | ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα. CATULLUS LXI 71: quae tuis (Hymenaee) careat sacris, non queat dare PRAESIDES terra finibus, quem locum male interpretantur de magistratibus. Intellegendi finium custodes, praesidia, milites.

483. γᾷ πατρίᾳ. Saepe γῆ et χθὼν πατρίς s. πατρία dixit Euripides pro nudo πάτρα s. πατρίς. Semel πόλιν πατρίδα Phoen. 1628 loco suspecto, ubi conieci: ὃς πέρσων πάτραν | σὺν ἀλλόχρωσιν ἦλθε κτέ. Codd. ὃς πέρσων πόλιν | πατρίδα σὺν ἄλλοις ἦλθε κτέ., in quibus iam alii viderunt insipidum istud σὺν ἄλλοις ferri non posse.

486. Vs. certa coniectura vix sanandus. Vs. antistrophicus 666 docet mensuram fuisse hanc ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑́, cui

satisfaciunt Kirchhoffii coniectura βασιλικῶν τ' ἔτι καὶ γάμων s. δόμων, in qua nemo laudabit istud ἔτι καί, et Heimsoethiana βασιλικῶν θαλάμων θ' ὕπερ, quae longe praestat.

487. τροφαὶ κήδειοι κεδνότεκνοι, educatio sedula bonorum liberorum. Felicem hanc arbitror Heimsoethii coniecturam. Secundum Buttmannum Lexil. I, p. 276 κεδνός (quo adiectivo tragici crebro utuntur pro ἀγαθός) cum καθαρός cohaeret, ut ψεδνός cum ψαθαρός, quae speciosissima, et nescio an vera, est opinio.

489. ᾧ τε δοκεῖ. E praegresso τὸν ἄπαιδα βίον. cogita ζῆν ἄπαιδα βίον. Accuratius poeta scripsisset ὅς τε φιλεῖ ψέγω.

490. De metri ratione cf. Christ l. l. p. 141.

491. Libri βιοτᾶς εὔπαιδος ἐχοίμαν. Nemo potest ἔχεσθαι rei, quae non est penes nos, sed pendet a deorum voluntate; quare reposui ὀναίμαν, fruar. Cf. *Verslagen*, IV, 2, p. 185. Formam femininam βιοτά saepe tragici usurpant, sed non nisi in melicis et semper Dorice. Βίοτος et in diverbiis legitur et in melicis; quod modo praecessit κτέανον in melicis tantum pro κτῆμα, quod dialogi est proprium. Ad totum locum de liberis felicitatis auctoribus iam Barnes comparari iussit Stobaei Flor. LXXV ὅτι καλὸν τὸ ἔχειν παῖδας. Videatur imprimis pulcherrimum fragm. LXXV, 4 (Eur. 318). Contraria sententia a nostro defenditur Rhes. 980, Med. 1090 sqq., Alcest. 882 sq., Suppl. 1087 sqq. Inter utramque opinionem poeta fluctuat fragm. 575.

492. sqq. De Panis sacello sub acropoli vide Herod. VI, 105, Pausan. I, 28, 4, Ar. Lys. 726, Lucian. bis accus. 10. Infra 938. MUSGR. Antrum quod hodieque exstat, est a parte boreali arcis occidentem versus, prope clepsydram, ut apparet e loco Aristophanis. De utroque videatur DYER, Ancient Athens pag. 441 sqq.; cui assentior hic non distingui Panis antrum (θακήματα καὶ πέτρα est hendiadys) ab antro Apollinis ὑπακραίου, i. e. ab illo, ubi Creüsae vim intulisse credebatur, itaque falli BOETTICHERUM in Philol.

XXII, pag. 69. — *πέτρα*. Barnes monet rupes et montium culmina atque antra fere Pani sacra semper habita esse, unde dici *Φιλοσπήλυγγα*, *κρημνοβάτην*, *πετροβάτην*, *βουνίτην*, *παρωρείτην*.

494. Notavi Pal. cod. lectionem secundum Dind. Vollgraff legit *μυχοῖδαισι*. — *Μακραῖς*. Cf. 8 et 936.

495. *χοροὺς στείβουσι ποδοῖν*. Badham cft. Od. θ 265 *πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν*. Loci tamen diversi, quia *χορός* apud Homerum est locus, ubi saltatur. Apud Euripidem Accusativus inde explicandus, quod ita dixit pro *χόρους χορεύουσιν*. Badhamo tamen Dativum praeferenti assentior.

496. De vicino Aglauri sacello, unde scalis ascendebatur in Erechtheum cf. Dyer, l. l. pag. 33, et 261 sq.

497. *χλοερά*. Diverbia sibi vindicant formam contractam *χλωράν*. — *πρὸ Παλλάδος ναῶν*, in Acropoli scil. „Quod hic traditur de Cecropis filiabus choreas post mortem agentibus, comparari potest cum fabula Protesilai, quem aiunt post fata in Chersoneso Thracica cursu sese exercuisse. Philostr. p. 634 D ed. Mor. et Strabo, p. 595 D. Videnda etiam, quae de Achillis *δρόμῳ* habent Geographi, quibus addi Tzetzen ad Lycophr. 192." Musgr.

498. *ναῶν συρίγγων* et mox *συρίζῃς ὦ Παιάν* Christ in novissimo opere, Metrik der Griechen und Römer, p. 53 suspicatur esse paeonem epibatum quem vocat Aristides p. 39, constantem longa thesi et longa arsi et duabus longis thesibus et longa arsi, itaque pronuntiandum ⏗ – ⏗ ⏗ –.

498—500. *συρίγγων* — *ὕμνων*. Musgrave coniecit *συρικτῶν*, quod praetulerim Badhami suspicioni, in *ὕμνων* latere *ποίμναις*.

500. *ὅταν αὐλίοις συρίζῃς* — *ἐν ἄντροις* libri. Depravatam scripturam esse dudum constat. Scaliger contra metrum rescribebat *αὐλείοις*, Musgrave *αὔλιος*, quod aetate Euripidea non potuit usurpari, ut ipse voluit, pro *ἑσπέριος*. Vel peius nuper in adversariis criticis *ἐν ἄντροις* delebat

satisfaciunt Kirchhoffii coniectura *βασιλικῶν τ' ἔτι καὶ γάμων* s. *δόμων*, in qua nemo laudabit istud *ἔτι καί*, et Heimsoethiana *βασιλικῶν θαλάμων θ' ὕπερ*, quae longe praestat.

487. *τροφαὶ κήδειοι κεδνότεκνοι*, educatio sedula bonorum liberorum. Felicem hanc arbitror Heimsoethii coniecturam. Secundum Buttmannum Lexil. I, p. 276 *κεδνός* (quo adiectivo tragici crebro utuntur pro *ἀγαθός*) cum *καθαρός* cohaeret, ut *ψεδνός* cum *ψαθαρός*, quae speciosissima, et nescio an vera, est opinio.

489. *ᾧ τε δοκεῖ*. E praegresso *τὸν ἄπαιδα βίον.* cogita *ζῆν ἄπαιδα βίον*. Accuratius poeta scripsisset *ὅς τε φιλεῖ ψέγω*.

490. De metri ratione cf. Christ l. l. p. 141.

491. Libri *βιοτᾶς εὔπαιδος ἐχοίμαν*. Nemo potest *ἔχεσθαι* rei, quae non est penes nos, sed pendet a deorum voluntate; quare reposui *ὀναίμαν*, fruar. Cf. *Verslagen*, IV, 2, p. 185. Formam femininam *βιοτά* saepe tragici usurpant, sed non nisi in melicis et semper Dorice. *Βίοτος* et in diverbiis legitur et in melicis; quod modo praecessit *κτέανον* in melicis tantum pro *κτῆμα*, quod dialogi est proprium. Ad totum locum de liberis felicitatis auctoribus iam Barnes comparari iussit Stobaei Flor. LXXV *ὅτι καλὸν τὸ ἔχειν παῖδας*. Videatur imprimis pulcherrimum fragm. LXXV, 4 (Eur. 318). Contraria sententia a nostro defenditur Rhes. 980, Med. 1090 sqq., Alcest. 882 sq., Suppl. 1087 sqq. Inter utramque opinionem poeta fluctuat fragm. 575.

492. sqq. De Panis sacello sub acropoli vide Herod. VI, 105, Pausan. I, 28, 4, Ar. Lys. 726, Lucian. bis accus. 10. Infra 938. MUSGR. Antrum quod hodieque exstat, est a parte boreali arcis occidentem versus, prope clepsydram, ut apparet e loco Aristophanis. De utroque videatur DYER, Ancient Athens pag. 441 sqq.; cui assentior hic non distingui Panis antrum (*θακήματα καὶ πέτρα* est hendiadys) ab antro Apollinis *ὑπακραίου*, i. e. ab illo, ubi Creüsae vim intulisse credebatur, itaque falli BOETTICHERUM in Philol.

XXII, pag. 69. — *πέτρα*. Barnes monet rupes et montium culmina atque antra fere Pani sacra semper habita esse, unde dici *Φιλοσπήλυγγα*, *κρημνοβάτην*, *πετροβάτην*, *βουνίτην*, *παρωρείτην*.

494. Notavi Pal. cod. lectionem secundum Dind. Vollgraff legit *μυχοῖδαισι*. — *Μακραῖς*. Cf. 8 et 936.

495. *χοροὺς στείβουσι ποδοῖν*. Badham cft. Od. θ 265 *πέπληγον δὲ χορὸν θεῖον ποσίν*. Loci tamen diversi, quia *χορός* apud Homerum est locus, ubi saltatur. Apud Euripidem Accusativus inde explicandus, quod ita dixit pro *χόρους χορεύουσιν*. Badhamo tamen Dativum praeferenti assentior.

496. De vicino Aglauri sacello, unde scalis ascendebatur in Erechtheum cf. Dyer, l. l. pag. 33, et 261 sq.

497. *χλοερά*. Diverbia sibi vindicant formam contractam *χλωράν*. — *πρὸ Παλλάδος ναῶν*, in Acropoli scil. „Quod hic traditur de Cecropis filiabus choreas post mortem agentibus, comparari potest cum fabula Protesilai, quem aiunt post fata in Chersoneso Thracica cursu sese exercuisse. Philostr. p. 634 D ed. Mor. et Strabo, p. 595 D. Videnda etiam, quae de Achillis *δρόμῳ* habent Geographi, quibus addi Tzetzen ad Lycophr. 192." MUSGR.

498. *ναῶν συρίγγων* et mox *συρίζῃς ὦ Παιάν* CHRIST in novissimo opere, Metrik der Griechen und Römer, p. 53 suspicatur esse paeonem epibatum quem vocat Aristides p. 39, constantem longa thesi et longa arsi et duabus longis thesibus et longa arsi, itaque pronuntiandum ⏗ – ⏗ ⏗ –.

498—500. *συρίγγων* — *ὕμνων*. Musgrave coniecit *συρικτῶν*, quod praetulerim Badhami suspicioni, in *ὕμνων* latere *ποίμναις*.

500. *ὅταν αὐλίοις συρίζῃς* — *ἐν ἄντροις* libri. Depravatam scripturam esse dudum constat. Scaliger contra metrum rescribebat *αὐλείοις*, Musgrave *αὔλιος*, quod aetate Euripidea non potuit usurpari, ut ipse voluit, pro *ἑσπέριος*. Vel peius nuper in adversariis criticis *ἐν ἄντροις* delebat

Madvig. Locum emendavi *Stud. Crit. in poet. scen. Gr.* pag. 34, collato Aeschyli Prom. 451. Pan solis aestum fugiens in antro καλαμόφθογγα παίζει, et secundum fistulae modos choreas ducunt Cecropis filiae. Cf. Electr. 702 sqq. Suavissimum me iudice hoc carmen est et inter pulcherrima, quae panxit Euripides.

503. τις παρθένος. Eam virginem esse eram suam Creüsam chorus accipit infra 937 sqq. Apparet autem ex his versibus chorum haec audivisse, quum Creüsa Ioni 324 sqq. amicae quasi suae triste fatum narraret.

504. πτανοῖς — θηρσί τε. Vide 348, 933, 951. Homerus: κύνεσσιν οἰωνοῖσι τε πᾶσι. Soph. Ant. 257 οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν, fr. 678, 11 sq. ἐν οἰωνοῖσι — ἐν θηρσίν, Hec. 1092 θοίναν ἀγρίων θηρῶν, Phoen. 1597 θηρσὶν ἄθλιον βοράν. Cf. Troad. 450, El. 896.

505 sq. πικρῶν γάμων ὕβριν. Editori Glasguensi poeta ita vocare puerum videtur per vim et contumeliam genitum. Vix crediderim. Haec enim verba non sunt apposita ad βρέφος, sed ad verba praegressa πτανοῖς — δαῖτα, de quo genere appositionis Euripidi perfamiliari cf. Matthiae Gr. § 432, 5. Quare vertendum: in contumeliam acerbi connubii. — Pro ἐξώρισε non magis quam Badham ausus sum admittere Dindorfii coniecturam ἐξώριζεν, quia locus est Aoristo, non est Imperfecto. Badham deleto ὦ in vs. praegresso scribi velit ἐξορίζει, ut dochmii excipiant Glyconicum. Sed metrum in vulgatis laborare satis certum est. Fortasse παρθένος est glossema genuini vocabuli παῖς, quo restituto scribendum:

ἵνα τεκοῦσά τις παῖς (s. παῖς τις) μελέα βρέφος
Φοίβῳ πτανοῖς ἐξορίζει θοίναν
θηρσί τε φοινίαν δαῖτα, κτἑ.

ut integri sint dochmii inde a vs. 503.

505. ἐπὶ κερκίσιν accipiunt alii cum Barnesio de telarum picturis, alii cum Musgravio de ancillarum confa-

bulationibus inter texendum. Inter utramque sententiam optio est eo difficilior, quod labem concepisse videntur ipsa sequentia οὔτε λόγοις, pro quo Musgrave οὔτ' ἐλέγοις, Reiske οὔτε χόροις, Badham οὔτε λόγων coniecerunt. Mihi liceat ἐπέχειν. Cf. ad 196 sq.

509. θεόθεν τέκνα, i. e. τέκνα ὑπὸ θεῶν γεννηθέντα, liberiore compositione, quam permittit natura verbalis substantivi τέκνον. — „Et Hercules et Theseus et Castor et Pollux, multis laboribus exercitati, misere tandem perierunt." BARNES.

[1]) 510. τῶνδ'. Herman aut τάσδ', aut θυοδόκους pro θυοδόκων scriptum oportere contendit. Vellem ostendisset, quid sit in vulgatis vitiosi.

511. Φρούρημ' ἔχουσαι = φρουροῦσαι, ut φυλακὴν ἔχειν dicitur pro φυλάσσειν, σπουδὴν ἔχειν pro σπεύδειν, γόους ἔχειν pro γοᾶσθαι, similia multa.

513. ἱστορῶν ἀπαιδίαν mire dictum, ubi expectes ἱστορῶν παίδων πέρι. Nihil tamen muto. Verto: sciscitans de orbitate.

514. τόδε ferri vix posse videtur, praegressis iam τῶνδε δόμων — χρηστήριον — κατ' οἶκον — ἐν δόμοις et sequente τῶνδε vs. 515. Correxi πόδα. *Verslagen* IV, 2, pag. 185, collato loco Heracl. 802 et Porsoni ad Orest. 1427 adnotatione.

Πούς apud tragicos frequenter abundat. Cf. 612. Initio versus Cobet coniecit ἐν δόμοις ἔτ', sed praetulerim Iacobsii suspicionem, quam posui in margine.

---

1) De trochaeis tetrametris antiquissimae tragoediae propriis, in media perraris, in recentiore inde ab Ol. fere 90 frequentissimis videatur Westphal, Metrik pag. 147 sq., qui recte haec addit: „Die Trochäen kommen hier auch in der Mitte der Tragödien vor und zwar meistens an solchen Stellen, wo die frühere Tragödie anapästische Systeme gebraucht hätte; fast uberall lässt sich eine rasche Bewegung der Schauspieler wie Flucht oder Verfolgung und dem entsprechend ein sehr aufgeregter Ton des Inhaltes nachweisen". cett. Cf. 1250 sqq., 1606 sqq.

515 sq. ἐπ' ἐξόδοισι — πυλῶν. Rhes. 514 πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισιν, ut Aesch. Sept. 58. Cf. Hel. 1165, Soph. El. 328 πρὸς θυρῶνος ἐξόδοις.

516. δοῦπον = ψόφον.

517. „Patet non articulum sed pronomen hic requiri." BADHAM. Assentior, sed subdubito, num voculae γε locus sit. Malim ἥδε δ' ἀρχή. Nam vocula δέ saepe est explicativa.

518. WECKLEIN *Ars. Soph. emendandi*, pag. 193, malit δύ' ὄνθ' ἓν πράξομεν, quod equidem librorum lectione, in qua nihil reprehendendum, longe deterius esse iudico. Eandem coniecturam nuper repetivit *Stud. zu Eur.* p. 376.

519. δὸς χερὸς φίλημα. Med. 1141 κυνεῖ δ' ὁ μέν τις χεῖρ' ὁ δὲ ξανθὸν κάρα | παίδων. — ἀμφιπτυχάς, i. e. ἀσπάσματα. Vox alibi non lecta. Suppl. 815 περιπτυχαῖσι δὴ χέρας προσαρμόσασ' ἐμοῖς ἐν ἀγκῶσι τέκνα θῶμαι. Sic dicitur περιπτύσσειν χέρας Med. 1206, Alc. 350, Andr. 418, χερῶν περιβολὰς λαβεῖν Iph. T. 903, et saepe περιβαλεῖν χέρας τινί sive, ut est Or. 372, χερσὶ περιβαλεῖν τινα.

520. εὖ φρονεῖς μέν. De vi huius voculae in interrogatione Badham citat Elmsleium ad Med. 1129, qui compararit Med. 1190 et Ar. Av. 1214. In ed. Oxon. (1818) cf. Elmsl. p. 360, 431; Herm. p. 537. — θεοῦ βλαβή. Insania immitti credebatur a diis, unde θεοβλαβής, θεοβλάβεια. Cf. Hipp. 511 ἐπὶ βλάβῃ φρενῶν, Aiac. 466 εἴ τις θεῶν βλάπτοι. Cf. Electr. 697.

521. Libri σωφρονῶ, quod emendavit Iacobs allato loco Electrae Eur. 568 sq.

522. θεοῦ στέμματα. Significatur laurea corona, quam ut dei minister in capite gestat Io. Ex vs. 524 videmus eum arcum, quo aves abigebat, nondum deposuisse.

523. Corrigebam *Verslagen* IV, 2, p. 158: ἅψομαί γ'· οὐ ῥυσιάζω, τἄμ' ὃς εὑρίσκω φίλα; Nunc propius ad codd. edidi: — τἄμ' ἀνευρίσκων φίλα; Cf. infra vs. 569 sq.: ἐς μὲν σὴν ἀνεύρεσιν θεὸς ὀρθῶς ἔκρανε, et v. 588 πατέρα σ' ἀνευρών. Sententia: tangam sane: nonne vindicem

qui inveniam quod mihi carum est? Postea vidi Kirchhoffium simili sententia coniecisse: *ἀψόμεσθα· ῥυσιάζω τἀμά γ' εὑρίσκων φίλα.* Ad *ῥυσιάζω* cf. infra 1405. Nihili est glossema ad h. l. *ῥυσιάζω· πολεμῶ*, adscriptum loco iam depravato. Recte Musgrave: proprie bona alicuius tamquam *ῥύσιον*, i. e. pignus, vi abduco. Hom. Il. Λ, 673. Hinc et debitor, cum propter debitum in carcerem rapitur, *ῥυσιάζεσθαι* dicitur. — Postremo transfertur ad omnia quae vi rapiuntur.

524. *εἴσω.* Tragici, prout metrum postulat, aut *εἴσω* aut *ἔσω* resurpant; hac forma nusquam usi sunt comici. DINDORF in Thes. III, p. 313. — Iure Theod. Kockio Verisim. p. 252 sq. hic vs. transponendus videtur post 525 et 525 post 526, cui obtemperandum esse duxi. Praeter rationes, quas ipse attulit, emendationem planissime confirmat arta necessitudo inter vs. 524 et 527, qui divelli omnino nequeant.

525. *ὡς τί;* dictum ut *ἵνα τί;* i. e. quo consilio? Cf. infra 961, Orest. 796.

526. *φρενῶν ἀμοίρους* optima videtur Nauckii emendatio; non enim sufficit Scaligeri coniectura *φρενοῦν ἀμούσους*, quam ita probabat Musgrave, ut insuper requireret *ὅτι φιλῶ* pro *οὐ φιλῶ.* Adiectivo *ἄμοιρος* usi sunt tragici omnes. Rarius est *ἄμορος*, quod legitur Med. 1395 et O. R. 248 e Porsoni coniectura pro *ἄμοιρον.* *Ἄμμορος* est Philoct. 182 in melicis. Soph. El. 1326 dixit *φρενῶν τητώμενοι.*

527. *κτεῖνε καὶ πίμπρη* proverbialem habet colorem, ut *πῦρ — φάσγανα* Phoen. 524.

528. *ποῦ* cum indignatione negat. Cf. Porson ad Or. 795, Elmsley ad Heracl. 371. — *γέλως* non raro est ridendi materies, velut Troad. 983 *ταῦτα γὰρ γέλως πολύς*, Bacch. 520. Cf. Aiac. 405, ubi pro verbis misere depravatis *τοῖσδ' ἐμοῦ πέλας* nondum me poenitet coniecisse *πολύς γ' οἶμοι γέλως* *Stud. Crit. i. p. sc. Gr.* pag. 8.

529. τρέχων ὁ μῦθος: velox oratio [i. e. oratio (mea) brevi (tibi) ostendat]. Ita lingua volubilis (nostrates radde tong) vocatur εὔτροχος γλῶσσα Bacch. 268. Kirchhoffio violenta mutatione scribendum videtur: οὐκ ἐρεῖς; ὁ μῦθος ἥν σοι τἀμὰ σημήνῃ τορῶς; Kockio *Verisim.* pag. 210 sq.: συντρέχονθ' ὁ μῦθος ἄν σοὶ τἀμὰ σημήνειεν ἄν, hac addita explicatione: quod dicturus sum tibi persuadeat meam fortunam cum tua artissime coniunctam esse; quod certe speciem habet. Si vulgata, quod et ipse addubito, sana est, τἀμά intellegam res meas, i. e. quae sit mea tecum necessitudo.

531. μαρτυρεῖς σαυτῷ. Testimonium dicis in caûsa tua, quale testimonium nullius est pretii.

532. ὀρθά adverbialiter, ut saepe adiectiva in plur. num. neutr. gen. Cf. infra 1197.

535. κυρῆσαι. Tragici promisce hac forma utuntur cum altera κῦρσαι. Praesens est κυρεῖν, correpta paenultima, ut in μαρτυρεῖν; altera forma unde formatum κῦρσαι, quae est κύρω producta vocali ut in μαρτύρομαι, ὀλοφύρομαι, aliis, apud tragicos non exstat praeter Soph. O. C. 1158, ubi vide Elmsleium.

538. ξυνάπτεις πόδα. Phoen. 37, ut dicitur infra 664 ἴχνος συνῆψας, 702 συνῆψ' ἴχνος ποδός. Ita ξυνάπτειν χεῖρα Bacch. 615, δεξιάν Iph. A. 832, στόμα Iph. T. 375. Dubium h. l. videri potest, annon potius poeta scripsisse censendus sit σὸν πόδ' pro πόδα σόν. Quippe non ornandi causa sed necessitate coacti pedes solvere poetae assolent.

539. δύο μίαν θαυμάζομεν. Hel. 731 δυοῖν κακοῖν ἕν' ὄντα χρῆσθαι, Alc. 903 δύο ἀντὶ μιᾶς ψυχᾶς, Iph. T. 1065 τρεῖς μία τύχη ἔχει, Trach. 539 δύ' οὖσα — μιᾶς ὑπὸ χλαίνης, Ant. 989 δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε, Troad. διὰ γάμου μιᾶς δύο γυναικός, El. 337 ἀνδρ' ἕν' εἷς ὤν, Hec. 45 δυοῖν παίδοιν δύο νέκρω. Cf. Or. 1536, Hel. 992, Phoen. 423, Andr. 518, cett.

539. δῶρον ἄλλων. Cf. O. R. 1022.

542. Frustra εἰ pro οὐ coniecit Nauck, motus, opinor, observatione saepe tamen de terrae filiis sermonem esse apud auctores. Ipsa tamen istarum fabularum negatio, ubi res ita fert, cadit in ingenium Euripidis.

543. λόγων ἀψώμεθ'. Andr. 663, Alc. 967, Soph. Phil. 408. Animadversione dignus est locus Bacch. 617 οὔτ' ἔθιγεν οὔθ' ἥψαθ' ἡμῶν, quod dictum est eadem abundantia, qua Latine dicitur nec scio nec novi, Graece οὔτ' οἶδα οὔτ' ἐπίσταμαι, i. e. plane nescio.

544. τοῦτ' ἄμεινον. Codd. et edd. ταῦτ', quod notare neglexi in adn. crit.

545. νόθον λέκτρον Andr. 929. Cf. infra 1105, 1472. — τοῦ νέου. Recte glossator ad h. l. τῆς νεότητος. Barnes citat Andr. 183, 612.

546. De confusione vocum γέ πω et γ' ἔτι Porsonum ad Phoen. 1638 conferri iubet Badham.

547. τῷ χρόνῳ γε συντρέχει. Orest. 1215 χρόνου τὸ μῆκος αὐτὸ συντρέχει.

549. κελεύθου. Hoc epico vocabulo pro ὁδός omnes tragici usi sunt. — ἀπαιολᾷ. Moeris αἰολᾷ· πλανᾶται, ubi e Galeno et Hippocrate Pierson emendat αἰολᾶται. Verbum alibi apud scriptores hodie legi non videtur. Substantivum ἀπαιόλη habet Aesch. fr. 186 (Hesych.) et Ar. Nub. 1149, ἀπαιόλημα Aesch. Choeph. 994 et Soph. fr. 912 (Hesych.) Cf. O. C. 316 ἆρ' ἔστιν; ἆρ' οὐκ ἔστιν; ἡ γνώμη πλανᾷ. Hinc venit in mentem, an forte apud nostrum in depravata scriptura Suppl. 547: σκαιόν γε τἀνάλωμα τῆς γλώσσης τόδε, φόβους πονηροὺς καὶ κακοὺς δεδιέναι lateat: σκαιόν γ' ἀπαιόλημα τῆς γνώμης τόδε κτέ., ut sit sententia: ineptus sane hic est mentis error, cett. Parum apte Hermann Hel. 1056 ἀπαιόλη substituebat pro depravato παλαιότης, quod recte in ματαιότης mutavit Cobet V. L. p. 602.

550. Πυθίαν πέτραν. Andr. 999, Bacch. 316, H. F.

790, Soph. O. R. 464. — φανάς. „Hesychius φανάς — τὰς ἐκλάμψεις vel hunc locum respiciens vel Rhes. 940 [Rhesi locum procul dubio]. Rationem, cur sic vocentur Bacchi orgia, docet Tzetzes ad Lycophr. 212 φαυστήριος δὲ λέγεται ἀπὸ τοῦ διὰ φανῶν καὶ λαμπάδων ἐπιτελεῖσθαι τὰ τούτου μυστήρια. Cf. Ar. Nub. ibique Schol. et Soph. Ant. 1126 sq. Altero quoque anno haec orgia celebrata fuisse tradidit Pausanias [X, 4, 2] MUSGR. De his in Parnaso Bacchanalibus adde Bacch. 302, Aesch. Eum. 24, Eur. Iph. T. 1243 et Prellerum Griech. Myth. ed. III, p. 567. Obiter vide an loco Antig. 1126 corrigendum sit: ἔνθα Κωρύκιαι | Νύμφαι στίχες τε Βακχίδων (pro στείχουσι Βακχίδες) Κασταλίας τε νᾶμα. Suspectum enim quod metri causa dedit Dindorf στίχουσι B. Nam Hesychii glossa στίχουσι corruptae per itacismum lectioni debere videtur originem. Quod idem habet στίχωμεν· πορευθῶμεν, βαδίσωμεν ex ipsis interpretamentis apparet esse Aoristum. Cf. Hom. Il. XVI, 258.

551. προξένων. Cf. infra 1039 et Androm. 1104. — ἔν του. Cf. ad 405. — κατέσχες proprie dicitur de eo qui navem aliquo appellit, h. l. est devertit = κατέλυσε, eadem metaphora, qua κατάγεσθαι eandem notionem induit.

552. ἐθίασευσ', initiavit et sodalem ascivit Baccharum catervis. Cf. Bacch. 375 et 378, ubi vide Elmsleium. — Μαινάσιν. Pausan. l. l. Αἱ δὲ Θυιάδες γυναῖκες μέν εἰσιν Ἀττικαί, φοιτῶσαι δὲ εἰς τὸν Παρνασὸν παρ' ἔτος αὐταί τε καὶ αἱ γυναῖκες Δελφῶν ἄγουσιν ὄργια Διονύσῳ. Apud Euripidem de solis Δελφίσιν κόραις sermonem esse vides. — De Maenadibus cf. Prelleri myth. Gr. I, pag. 570 (ed. III).

553. κάτοινον ὄντα, ᾠνωμένον, μεθύοντα. Vox formata ut κάθυπνος. Adiectivum alibi apud Atticos non exstat. Verbum κατοινοῦν habet Plato Legg. VII, p. 815 C in participio κατῳνωμένος.

554. τοῦτ' ἐκεῖν', hoc illud est. Cf. Hel. 622, 788, Med. 98, Or. 804, Soph. El. 1115, 1178, cett. Arist. Av.

354, Ach. 41. Intellegere videntur vv. dd.: haec illa occasio est, qua sati sumus. Badham distinxit τοῦτ' ἐκεῖν'· ἵν' ἐσπάρημεν, non sine causa monens hanc interpretationem notae formulae sensui repugnare; ἵν' ἐσπάρημεν, ait, sententiae initium est, quam interpellando explet Xuthus. Fidem haberem, si satis manifestum esset, quo pacto ipse Io, si pater non interpellasset, incohatam sententiam expleturus fuisset. Quare nescio an verba sic sint intellegenda, ut τοῦτ' ἐκεῖνο sit exclamatio διὰ μέσου, et ἵνα arte iungendum cum superioribus Xuthi verbis Βακχίου πρὸς ἡδοναῖς. Sequentium paullo quidem incertior est emendatio, sed inter ea quae coniecta sunt maxime placet Badhami quam recepi correctio. Vix enim sufficit, quod vulgo editur auctore Heathio ὁ πότμος ἐξηῦρεν, τέκνον, quod ita tantum intellegi posset, si sententia esset: (ubi satus sis) fors invenit. Quae si ferri posset, hunc locum sic constituerem: Io. τοῦτ' ἐκεῖν'. Xuth. ἵν' ἐσπάρης μὲν ὁ πότμος ἐξηῦρεν, τέκνον. At enim manifesto pater dicere debet: hic te casus invenit, mi fili; neque in illa sententia recte haberet ὁ πότμος, sed ὁ λόγος, nempe nostrum colloquium, quo duce hanc rem concludimus. — Ad verba ἵν' ἐσπάρημεν cf. Bacch. 223 ἄλλην δ' ἀλλόσ' εἰς ἐρημίαν | πτώσσουσαν εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν, | πρόφασιν μὲν ὡς δὴ μαινάδας θυοσκόους, | τὴν δ' Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου. Apud comicos poetas Latinos Cereris vigiliis puellas non raro stuprantur, quo spectat dictum Ciceronis in libro II de Legibus „quid autem mihi displiceat in sacris nocturnis, poetae indicant comici." De Bacchanalibus cf. Plauti Cistellaria I, 3, 8.

555. ἔκβολον κόρης (Cf. ad 964), i. e. ἐκτεθεὶς ὑπὸ τῆς κόρης, ἥ σ' ἔτεκεν παρ' ἐμοῦ. Phoen. 804 βρέφος ἔκβολον οἴκων. Alio sensu Bacch. 91 ὃν νηδύος ἔκβολον ἔτεκε, ubi ἔκβολον haud secus ac loco Ionis ceterisque Euripideis (cf. Iph. T. 1042, Hel. 429 et 1214) substantivum esse crediderim, non adiec-

790, Soph. O. R. 464. — *φανάς*. „Hesychius *φανάς* — *τὰς ἐκλάμψεις* vel hunc locum respiciens vel Rhes. 940 [Rhesi locum procul dubio]. Rationem, cur sic vocentur Bacchi orgia, docet Tzetzes ad Lycophr. 212 *φαυστήριος δὲ λέγεται ἀπὸ τοῦ διὰ φανῶν καὶ λαμπάδων ἐπιτελεῖσθαι τὰ τούτου μυστήρια*. Cf. Ar. Nub. ibique Schol. et Soph. Ant. 1126 sq. Altero quoque anno haec orgia celebrata fuisse tradidit Pausanias [X, 4, 2] MUSGR. De his in Parnaso Bacchanalibus adde Bacch. 302, Aesch. Eum. 24, Eur. Iph. T. 1243 et Prellerum Griech. Myth. ed. III, p. 567. Obiter vide an loco Antig. 1126 corrigendum sit: *ἔνθα Κωρύκιαι* | *Νύμφαι στίχες τε Βακχίδων* (pro *στείχουσι Βακχίδες*) *Κασταλίας τε νᾶμα*. Suspectum enim quod metri causa dedit Dindorf *στίχουσι* B. Nam Hesychii glossa *στίχουσι* corruptae per itacismum lectioni debere videtur originem. Quod idem habet *στίχωμεν· πορευθῶμεν, βαδίσωμεν* ex ipsis interpretamentis apparet esse Aoristum. Cf. Hom. Il. XVI, 258.

551. *προξένων*. Cf. infra 1039 et Androm. 1104. — *ἔν του*. Cf. ad 405. — *κατέσχες* proprie dicitur de eo qui navem aliquo appellit, h. l. est devertit = *κατέλυσε*, eadem metaphora, qua *κατάγεσθαι* eandem notionem induit.

552. *ἐθίασευσ'*, initiavit et sodalem ascivit Baccharum catervis. Cf. Bacch. 375 et 378, ubi vide Elmsleium. — *Μαινάσιν*. Pausan. l. l. *Αἱ δὲ Θυιάδες γυναῖκες μέν εἰσιν Ἀττικαί, φοιτῶσαι δὲ εἰς τὸν Παρνασὸν παρ' ἔτος αὐταί τε καὶ αἱ γυναῖκες Δελφῶν ἄγουσιν ὄργια Διονύσῳ*. Apud Euripidem de solis *Δελφίσιν κόραις* sermonem esse vides. — De Maenadibus cf. Prelleri myth. Gr. I, pag. 570 (ed. III).

553. *κάτοινον ὄντα, ᾠνωμένον, μεθύοντα*. Vox formata ut *κάθυπνος*. Adiectivum alibi apud Atticos non exstat. Verbum *κατοινοῦν* habet Plato Legg. VII, p. 815 C in participio *κατῳνωμένος*.

554. *τοῦτ' ἐκεῖν'*, hoc illud est. Cf. Hel. 622, 788, Med. 98, Or. 804, Soph. El. 1115, 1178, cett. Arist. Av.

354, Ach. 41. Intellegere videntur vv. dd.: haec illa occasio est, qua sati sumus. Badham distinxit τοῦτ' ἐκεῖν'· ἵν' ἐσπάρημεν, non sine causa monens hanc interpretationem notae formulae sensui repugnare; ἵν' ἐσπάρημεν, ait, sententiae initium est, quam interpellando explet Xuthus. Fidem haberem, si satis manifestum esset, quo pacto ipse Io, si pater non interpellasset, incohatam sententiam expleturus fuisset. Quare nescio an verba sic sint intellegenda, ut τοῦτ' ἐκεῖνο sit exclamatio διὰ μέσου, et ἵνα arte iungendum cum superioribus Xuthi verbis Βακχίου πρὸς ἡδοναῖς. Sequentium paullo quidem incertior est emendatio, sed inter ea quae coniecta sunt maxime placet Badhami quam recepi correctio. Vix enim sufficit, quod vulgo editur auctore Heathio ὁ πότμος ἐξηῦρεν, τέκνον, quod ita tantum intellegi posset, si sententia esset: (ubi satus sis) fors invenit. Quae si ferri posset, hunc locum sic constituerem: Io. τοῦτ' ἐκεῖν'. Xuth. ἵν' ἐσπάρης μὲν ὁ πότμος ἐξηῦρεν, τέκνον. At enim manifesto pater dicere debet: hic te casus invenit, mi fili; neque in illa sententia recte haberet ὁ πότμος, sed ὁ λόγος, nempe nostrum colloquium, quo duce hanc rem concludimus. — Ad verba ἵν' ἐσπάρημεν cf. Bacch. 223 ἄλλην δ' ἀλλόσ' εἰς ἐρημίαν | πτώσσουσαν εὐναῖς ἀρσένων ὑπηρετεῖν, | πρόφασιν μὲν ὡς δὴ μαινάδας θυοσκόους, | τὴν δ' Ἀφροδίτην πρόσθ' ἄγειν τοῦ Βακχίου. Apud comicos poetas Latinos Cereris vigiliis puellas non raro stuprantur, quo spectat dictum Ciceronis in libro II de Legibus „quid autem mihi displiceat in sacris nocturnis, poetae indicant comici." De Bacchanalibus cf. Plauti Cistellaria I, 3, 8.

555. ἔκβολον κόρης (Cf. ad 964), i. e. ἐκτεθεὶς ὑπὸ τῆς κόρης, ἥ σ' ἔτεκεν παρ' ἐμοῦ. Phoen. 804 βρέφος ἔκβολον οἴκων. Alio sensu Bacch. 91 ὃν νηδύος ἔκβολον ἔτεκε, ubi ἔκβολον haud secus ac loco Ionis ceterisque Euripideis (cf. Iph. T. 1042, Hel. 429 et 1214) substantivum esse crediderim, non adiec-

tivum, ut vulgo interpretantur, neque aliter accipio Luciani locum tragoedopod. 215. Substantivum formatum ut ἔμβολον.

556. εἰκός. Soph. fr. 682 (Stob. 98, 1), 2

ὡς οὐδέν ἐσμεν πλὴν σκιαῖς ἐοικότες.

poetae redde σκιαῖσιν εἰκότες.

557. καὶ τί βουλοίμεσθ' ἂν mavult Hartung. — νῦν ὁρᾷς ἃ χρή σ' ὁρᾶν. Idem hemistichium (nisi quod ibi est νῦν δ'), legitur Bacch. 924.

560. ἦ — δῆτα; Cf. ἆρα δῆτα; τί δῆτα; πῶς δῆτα; πότερον δῆτα; similia.

562. σὸν δέμας, i. e. σέ, nota periphrasi, ut τοὐμὸν δέμας Med. 388, alibi. Orest. 417 θυγατρὸς δέμας, Alc. 1136 γυναικὸς δέμας, Electr. 1341 δέμας Ἠλέκτρας, cett. Simili usui inserviunt σῶμα, κάρα, ψυχή, ὄνομα, ὄμμα, alia apud tragicos.

564. μᾶλλον e corruptela legitur Hecub. 746, ubi sententia ἄγαν s. λίαν suadet.

565. ἡμεῖς δ' οὐδὲν ἂν δυναίμεθα. Verba per se spectata significant nos vero nihil valebimus, sed propter praegressa manifesto mente supplendum σὲ — εἰσιδεῖν, itaque vertendum: nos vero nequaquam poterimus (te videre). At enim vehemens illa negatio pro simplici οὐκ habet nescio quid inepti, et additam expectamus voculam ἔτι; quocirca scribendum puto aut: ἡμεῖς δ' οὐκέτ' ἂν δυναίμεθα, aut, quod aliquanto significantius dictum posui in margine: ἡμεῖς δ' οὐδὲν ἂν ἔτ' ὀναίμεθα. Fortasse aliquid huiuscemodi voluit is qui in codicis Heinsio-Scaligerani ora posuit οὐδὲν ὧδ' ὠναίμεθα, teste Barnesio.

566. ἡμῖν. Procul dubio verum est ὑμῖν, quod sero sed gratus accipio a Weckleino, *Stud. z. Eur.* p. 399. — εὐπραξίαι. Cf. Photius εὐπραξίαν· οἱ παλαιοὶ κωμικοὶ διὰ τοῦ Ξ; Θουκυδίδης δὲ διὰ τοῦ Γ, cum Naberi annotatione, cui haec addam. In veteri comoedia, quanta hodie superest, nullus omnino locus exstat, ubi sive εὐπραξία sive εὐπραγία lega-

tur. Unus tantum est in comoedia, eaque nova apud Philemonem (Mein. IV, 56), αἰτῶ ὑγίειαν πρῶτον, εἶτ' εὐπραξίαν. Quare Photii auctor aut memoriae aut calami lapsu ita scripsisse videtur, siquidem neutiquam probabile est huius vocabuli apud comicos, antiquiores certe, nullum amplius exstare vestigium, si olim frequenter lectum esset, ut e grammatici adnotatione efficere deberemus. Utut est, melius pro comicis tragicos memorasset, e quibus legitur apud Aeschylum Sept. 224, ap. Soph. O. C. 1554, apud Eurip. praeter h. l. Hec. 58, Troad. 685, Or. 450, Heracl. 351, Hel. 736, fr. 440, cett. Non magis δυσπραξία (aut δυσπραγία) legitur in comoedia, nam Menandri non esse quae ei tribuuntur in comp. Men. et Phil. p. 364 (Mein. IV, 270) καὶ τυφλῷ δῆλον, opinor: contra in tragoedia exstat Aesch. Prom. 966, Eum. 769, Soph. Ai. 759, O. C. 1399, Eurip. Iph. A. 903, Iph. T. 514, ib. 721, Hel. 1221, H. F. 57, 1240, Hipp. 915, 1405. De aliis scriptoribus cf. Lobeck ad Ai. l. l.

570. In frequenti confusione particularum ὡς et καί (cf. Bast, comm. palaeogr. p. 816) malo quod aliquanto concinnius dictum posui in margine. Eadem sententia poterat ἔκραν', ἐπεὶ κτέ. — ἔκρανε. Verbum est tragicis usitatissimum, usurpaturque inprimis de fati deorumve decretis. Apud nostrum cf. Phoen 70, Med. 1416, Suppl. 1008, Alc. 1163, cett., supra 464.

572. οἷ δ' ἥξας. Emendavi *Stud. Crit. in poet. sc. Gr.* pag. 34 sq., quo vero tendis. Cf. 328 οὐδ' ἥξας εἰς ἔρευναν; Suspectum sequens ὀρθῶς, quod male pedem intulisse videtur e vs. paenultimo. Aptum non est ὀρθός, quod quis coniecerit nunc non memini. Aequius ferrem quod proposuit Sybel ἄρτι, sed praetulerim: οἷ δ' ἥξας, (αὐτὸ) τοῦτο κἄμ' ἔχει [1])

---

1) ἔχει confusum cum ἐμοί videtur Orest. 398, ubi suspicor: ἐμοὶ γὰρ ταὐτόν, i. e. nam (te mortuo) mihi perinde est, moriar an vivam.

πόθος, (= κἀγὼ ποθῶ), i. e id ipsum ego quoque desidero. Miror in nota structura haerere potuisse virum tam peritum quam est Badham, qui coniecit τοῦδε vel peius etiam ποθεῖν allegans locum Med. 591, ubi tamen satis constat (οὐ τοῦτο σ') εἶχεν recte in εἶργεν correctum esse. Ut alia omittam, plane gemella structura est Troad. 558 sq. νιν — εἰς οἶκτον ἦλθες (= οἰκτείρεις), ubi iterum haesit Madvig. Cf. Orest. 1069.

575. ἀλητείαν. Reponunt vv. dd. λατρείαν vel θητείαν. Sed non movendum ἀλητείαν. Vide 53 et 1089. Musgr. Videatur quoque Hel. 934. Est vita vaga eius qui non habet penates suos. Cf. supra 315. Breviore forma ἄλη, unde ἀλᾶσθαι, noster habet Med. 1285, Orest. 56. Eandem nuper restitui in Anthologia Palatina V, 9, 3 Mnemos. 1874, pag. 303 sq. Pro ἀλᾶσθαι non raro ponitur ἀλαίνειν, quod male legitur Orest. 531 et Iph. T. 284, ubi ἀλύειν emendandum esse ostendi *Verslagen* IV, 2, p. 203.

577. κοινόφρων, concors, ὁμόφρων, i. e. ταὐτὰ φρονῶν. Vox praeter h. l. semel legitur, Iph. T. 1008.

578. Pro librariorum supplemento πατρός conieci χθονός *Verslagen* IV, 2, p. 178, ubi attuli: Ion. 660, H. F. 213, Phoen. 52, 73, 80, 591, 601.

Simile supplementum perdidit fragm. 93:

ἴστω τ' ἄφρων ὢν ὅστις [ἄνθρωπος] γεγὼς
δῆμον κολούει χρήμασιν γαυρούμενος.

Ubi loci ratio ὄλβιος suadere videtur.

Eodem erroris genere vs. 649 pro λόγοις codd. P. C. habent φίλοις, et 1456 τύχης pro ζόης. Phoen. 711, ubi Dindorf recte uncinis inclusit vs. 710, non cum illo pro Ἀργείων στρατόν coniecerim Ἀργείοις πάλιν, sed, quia vs. obiecto carere non potest, πύργους pro ὅπλοις, quod a librariis male suppletum crediderim.

579. θάτερον νοσῶν δυοῖν. Similiter vocabulo interposito Androm. 383 δυοῖν ἀνάγκη θατέρῳ λιπεῖν βίον.

Soph. O. R. 640 *θάτερον δυοῖν κακοῖν* Dindorf audaci coniectura edidit pro *δυοῖν ἀποκρίνας κακοῖν*. In pedestri oratione, si recte memini, semper legitur hoc ordine *δυοῖν θάτερον*, ut scribit Aeschylus quoque Prom. 778, 867.

581. Versum spurium notavi *Verslagen* IV, 2, p. 178.

582. *πρὸς γῆν ὄμμα σὸν βαλών*, quod est cogitabundi et meditantis, ut apud Hom. Il. Γ. 21 *κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας*, ubi Schol. rhetoricam vocat *τὴν Μενελάου στάσιν*.

583. *χαρμονῆς*. Cf. 1379. Plerumque tragici usurpant formam *χαρά*, rarius *χαρμονή* et *χάρμα*, quorum hoc est solorum poetarum, illud in pedestri sermone rarissimum, *χαιρηδών* solus dixit Aristophanes Ach. 4 ioci causa fictum ad exemplum vocabulorum *ἀλγηδών*, *ἀχθηδών*.

584. *δεῖμα προσβάλλεις* = *φόβον ἐμποιεῖς*, *παρίστης*. Soph. Trach. 42 *ὠδῖνας προσβαλών*, Pers. 767 *κακὸν — προσέβαλον πόλει*. Plat. Legg. IX, p. 878 C *αἰσχύνην*, cett.

587. *συμφοράς*. Vocabulum medium. Rarius, ut h. l., ponitur in bonam partem. Eustathius p. 647, 37, quem citat Barnes, affert sine nomine auctoris Sophoclis locum Electr. 1231, quocum compara O. R. 454, Eur. Hel. 642, Alc. 1158, Hel. 457.

588. *πάτερ*, quod restituit Dobree, compendiose scriptum *πέρ* a scribis confusum est cum *περί* prorsus ut in fr. 846, quod emendavit Valckenaar. Cuius emendationis praestantiam non sensit WECKLEIN, *Anal. Eurip.* pag. 193 infeliciter coniciens *παρών*. Pulchre autem hac ipsa appellatione Io significat ex animi sententia se dixisse illud *τὴν συμφορὰν ἀσπάζομαι*.

589. *αὐτόχθονας*. Cf. 25, 737. Praxithea in Erechtheo (fr. 362, 5 sqq.): *πρῶτα μὲν πόλιν | οὐκ ἄν τιν' ἄλλην τῆσδε βελτίω λάβοιν· | ᾗ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν, | αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις, | πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι, | ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμοι· | ὅστις δ' ἀπ' ἄλλης πόλεος οἰκίζει πόλιν, | ἁρμὸς πονηρὸς*

ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγεὶς | λόγῳ πολίτης ἐστί, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ. — Necessarium esse, quod quamvis dubitanter iam proposuit Hermann, *σάς* pro *τάς* demonstravi *Verslagen* IV, 1, p. 99, 112.

591. Cf. 579.

592. *νοθαγενής* = *νόθος*, ut Andr. 913, 943. Reliqui tragici vocabulo non utuntur. Hipp. 1082 *μηδείς ποτ' εἴη τῶν ἐμῶν φίλων νόθος*. Cf. Aiac. 1013, 1228, 1235, 1259. Nobilitatis laudes celebrat chori carmen Androm. 766 sqq., ubi Cobet Var. Lect. p. 592 vs. 777 pro *καὶ θανοῦσι* malit *κἂν θανοῦσι*.

594. Versum lacerum alius alio modo sarcire conantur, sed plerique sic, ut silentio premere praestet tentamina. In censum venire potest quod suspicatus est Scaliger *τὸ μηδὲν ὢν κἀξ οὐδένων*, aut Valckenaar *ὁ μηδὲν ὢν κἀξ οὐδένων*, quod cum Matthiaeo recepit Dindorf. His deterius mihi videtur et quod coniecit Schmidt *ἐγὼ τὸ μηδὲν κοὐδένων*, quia pronomen personale versum ordiens eam emphasin habet, quam loci ratio non permittat, et quod suasit Badham *αὐτὸς τὸ μηδὲν κοὐδένων*, in quo non magis video quod sibi velit additum *αὐτός*. Uterque tamen bene intellexit locum non esse participio *ὤν*, quod male pedem intulit e praegressit. Mihi hoc Ion dicere videtur: si potentiam nactus non ero, semper premar generis ignobilis convicio, itaque poeta scripsisse mihi videtur (*ἀεὶ τὸ*) *μηδὲν κοὐδένων*. *Οὐδείς* et *μηδείς* una sententia iuncta ut Soph. Ai. 1231 et fragm. Soph. 536, 2. Ad *μηδέ* cf. Eur. Phoen. 601, Soph. El. 1166. Suspecta mihi lectio in fr. 287, 15 *ὁ δ' οὐδὲν οὐδεὶς διὰ τέλους δὲ δυστυχῶν*, ubi ob oppositionem expectabam *ὁ δ' οὔποτ' οὐδεὶς* vel *ὁ δ' οὐδάμ' οὐδεὶς κτέ.* — Quid Dindorfium moverit ut pro codicum scriptura *κεκλήσομαι* ex apographo Parisino reciperet participium *κεκλημένος*, quod procul dubio originem debet praegresso *κεκτημένος* (591), non exputo.

595. *τὸ πρῶτον — ζυγόν*, primum transtrum,

i. e. primum gradum dignitatis inter cives, metaphora sumpta a re navali, ut frequentissima est apud poetas praesertim comparatio navem inter et rempublicam. Phoen. 72 ἐπεὶ δ' ἐπὶ ζυγοῖς καθέζετ' ἀρχῆς. Vide quae notavi ad Oed. Reg. 923. Sensu proprio Hel. 1532 (ναῦν) ζυγῶν τε πεντήκοντα κἀρετμῶν μέτρα ἔχουσαν, i. e. πεντηκόντορον, metaphorico ap. Aesch. Ag. 1618 Aegisthus ad senes: σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;

596. ζητῶ τις εἶναι. Frequenter ita loquuntur utriusque linguae scriptores. Iuvenalis I, 73: aude aliquid brevibus Gyaris et carcere dignum, si vis esse ALIQUIS. Hac autem notione nescio an non recte τὶς scribatur ἐγκλιτικῶς; ponitur enim cum emphasi, itaque accentu carere vix potuit. Obtemperavi tamen consuetudini.

597. μισησόμεσθα. Futurum passivum forma media. Cf. 611. Soph. O. R. 272 φθεροῦμαι, ib. 672 στυγήσεται, Ant. 210 τιμήσεται, Eur. Iph. A. 247 ἐάσομαι, ib. 1436 ἀδικήσει, Heracl. 334 μνημονεύσεται, Med. 474 λυπήσει, Orest. 440 οἴσεται, Iph. T. 1047 λέξεται. Phoen. 1631 κηρύξεται, Suppl. 521 ἐπιταξόμεθα, Aesch. Sept. 182 βουλεύσεται, Arist. Nub. 127 διδάξομαι, Equit. 369 θρανεύσεται, Herot. II, 115 περιέψεσθαί, Xen. Oecon. IV, 9 φυλάξεται, ib. IX, 11 ἀντιτιμήσεται, Plat. Theaet. 171 B ἀμφισβητήσεται — ὁμολογήσεται, ib. 182 C κινήσεται, Rep. V, 450 D ἀπιστήσεται, Thuc. I, 68, III 43 πολεμήσονται, VIII, 48 δημοκρατήσονται. Similiter θρέψομαι, βλάψομαι, ὠφελήσομαι, alia permulta, quibus fortasse addendum συγκατασκάψομαι ex loco Phoen. 386, ubi hodie legitur σὺ δ' ὦ τάλαινα συγκατασκάπτει πόλι, sed verius videtur futurum συγκατασκάψει. Haec autem exempla sufficiant tironibus, ut videant apud probos et antiquos scriptores latissime patere hanc rationem, cui quam infesti librarii fuerint, e melioribus libris saepenumero demonstratum est ab eruditis.

598. Sententia: qui vero boni (sensu politico, ut arbi-

tror) et potentes prae sapientia silent neque ad publica negotia properant, his risum movebo hisque iudicibus stultitiae reus ero. Quia manifesto δυνάμενοι opponuntur τοῖς ἀδυνάτοις (596), neque igitur bene dictum est δυνάμενοι εἶναι σοφοί, olim ad Oed. Reg. correxi ὄντες, quod librarii loci rationem non intellegentes de industria in εἶναι refinxisse videntur.

600. μωρίαν — λήψομαι breviter dictum pro μώρου ὄνομα s. μωρίας ψόγον λήψομαι (Cf. Hel. 852), haud aliter quam Antigone dicit apud Soph. vs. 924 τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην. Med. 218 δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν, Orest. 502 τὸ σῶφρόν τ' ἔλαβον ἂν τῆς συμφορᾶς. Adde Soph. Ai. 75, El. 968, Phil. 1420, Xen. Cyr. I, 15. Frustra igitur h. l. Nauck ὀφλήσομεν, quomodo si poeta scripsisset, non dedisset opinor ἐν αὐτοῖς, sed γέλωτα τ' αὐτοῖς κτἑ. — ἐν αὐτοῖς, i. e. his iudicibus. Hipp. 1320 σὺ δ' ἔν τ' ἐκείνῳ κἀν ἐμοὶ φαίνει κακός, Soph. Ai. 1136 εἰ τάδ' ἐστιν ἐν θεοῖς καλά, Ant. 925 σκαιοσύνην φυλάσσων ἐν ἐμοὶ κατάδηλος ἔσται.

601. Recepi Stephani coniecturam (nam codices quos suos testari solet nullos esse dudum intellectum est) ψόφου pro φόβου, cui adstipulatur Cobet Var. Lect. pag. 595 (ed. II). Ceterum magis apta est quam certa, quoniam loci ratio aeque admittit quod mihi in mentem venit φθόνου, vel ψόγου, quod placuit Musgravio afferenti Theogn. 287: ἐν γάρ τοι πόλει ὧδε κακοψόγῳ ἀνδάνει οὐδέν, ubi aut φιλοψόγῳ aut κακοστόμῳ mihi verum videri alibi significavi.

602. τῶν δ' αὖ λογίων τε. Coniecit Matthiae τῶν δ' ἐν λόγῳ τε, Badham τῶν δ' αὖ σοφῶν τε. Neutrum placet, quia requiritur quod opponatur illis de quibus modo dixit ὅτι σιγῶσι κοὐ σπεύδουσιν εἰς τὰ πράγματα, quare verum esse suspicor quod librorum scripturae est proximum: τῶν δ' αὖ λεγόντων κτἑ. Quod si placebit, utitor, si non placebit, reperitote rectius. Weckleino l. l. p. 323

placere video *δοκούντων*, cll. Hec. 294 et Troad. 612, ut *λογίων τε* corruptum sit ex illius glossemate *ἐλλογίμων*. Sed satis probabiliter emendare non queo quae sine vitii suspicione depravatissima sequuntur *φρουρήσομαι ψήφοισιν*. Nam quid sit custodire, aut observare aliquem suffragiis candide fateor me prorsus non intellegere. Hermann nescio quid somniat de ostracismo, de quo poeta *οὐδ' ὄναρ* cogitasse videtur. Hoc unum videre mihi videor, virgulam ponendam esse inter *πλέον* et *φρουρήσομαι*, deinde pro verbis corruptis (id enim docent ipsa sequentia) scriptum fuisse quod magnam testaretur inimicitiam, velut *φθαρήσομαι βουλαῖσιν*. Requiro enim huiuscemodi sententiam: Eorum contra qui verba faciunt in comitiis et rem publicam capessunt, si ad maiorem (quam ipsi) dignitatem ascendero, perdar consiliis insidiisque. Io distinguit: A tenuiores, B potentiores, quorum iterum duo genera posuit: Ba qui nec verba faciant nec tractent rempublicam (*οἱ οὔτε λέγοντες οὔτε πράττοντες*) et Bb qui faciant utrumque.

603. *οὕτω — τάδε — φιλεῖ*, scil. *γίγνεσθαι* (quod saepius additur, velut Thuc. III, 81), formula est elliptica satis frequens apud prosae quoque scriptores. *Φιλεῖν* saepissime Attici omnes pro *εἰωθέναι*. Ex nostro cf. Med. 48, Hipp. 161, Andr. 478, Suppl. 916, Iph. A. 380, Heracl. 177, El. 522, cett.

605 sq. habet Stob. Flor. 45, 4.

607. *ἔπηλυς*, formatum ut *σύνηλυς* et *νέηλυς*. De his formis vide quae disputavi Stud. Thuc. pag. 112, ubi *ἔπηλυν* (nescio quo errore scriptum est *ἐπήλυδα*) restitui Thucydidi I, 9, receptum a novissimo editore Stahlio, pro *ἐπηλύτην*.

609. *ἀπολαχοῦσα* hic fere = *ἀποτυχοῦσα*.

610. *πικρῶς*, i e. *βαρέως*, *χαλεπῶς*. Cf. Androm. 189.

613. Vereor ne hic *πικρῶς* librarium errore e vs. 610 irrepserit, aut suppletum sit de industria, postquam prono errore ante *τὰ* elapsum fuerit participium *ὄντα*, ut sit sententia: illa autem prolis expers quod tu ames (tuum

filium) esse viderit. Τὰ σὰ φίλα. Cf. 521, 523. Possis quoque: ἡ δ' οὖσ' ἄτεκνος τέκνα σοῦ φίλ' εἰσορᾷ, vel: ἡ δ' ο. α. τὰ σὰ φίλ' (ὄλβι') εἰσορᾷ. Emendatio igitur prorsus incerta.

614—617. Qui hos vss. iure damnatos a Nauckio addidit, ne intellexisse quidem videtur, haec verba sic scripta male cohaerere cum praegressis, unde pendere debent, πῶς οὐχ — μισήσομαι; Metro autem homo impediebatur quominus, nova instituta periodo, scriberet: κᾆτ' ἢ προδοὺς σύ μ' ἐς δάμαρτα σὴν βλέψει ἢ τἀμὰ τιμῶν δῶμα συγχεῖς. — 616 sq. ipsa sermonis ratio condemnat. In σφαγὰς φαρμάκων iam haesit Reiske, absurde coniciens φαγάς scil. (i. e. βρώσεις), vocabulum natum in ipsius cerebro.

618. ἄλλως τε et insuper. Cf. Soph. O. R. 114. — ἄλλως τε καὶ est cum alia de causa tum hac, unde fit ut saepe significet cum praesertim. Cf. Hermann ad Vigerum, p. 781.

620 ab interpolatore additum vidit Nauck non intellegente ad οὐ γὰρ ἀξία (non enim meret) mente repetendum esse ἄπαις γηράσκειν. Similem clausulam habemus Alcest. 371 καὶ γὰρ ἀξία. Cf. Troad. 1055, Hec. 408 οὐ γὰρ ἄξιον, ubi lege ἀξία. In Inus fragmento (448) ap. Stob. 86, 8: φειδώμεθ' ἀνδρῶν εὐγενῶν, φειδώμεθα· | κακοὺς δ' ἀποπτύωμεν ὥσπερ ἄξιον. Verum puto ἄξιοι, et fortasse bis κηδώμεθα. Cf. *Verslagen* IV, 2, 212 sq. Antig. 414 ἀκηδήσοι pro ἀφειδήσοι e Bonitzii coniectura recte edidit Dindorf. Od. χ, 186 suspicor τότ' ἀκηδὲς pro τότε γ' ἤδη. Cf. ib. ζ, 26.

621. τυραννίδος. — Cf. fr. 399, 2. Sordet prae hac librorum lectione lectio Stobaei (qui habet vss. 621—628) θρυλλουμένης, i. e. θρυλουμένης. Nam θρυλεῖν (= ἀνὰ στόμ' ἔχειν) non necessario laudem continet. Potuerat poeta ὑμνουμένης. Hesych. ὑμνεῖ· εὐλογεῖ, ᾄδει. — Ceterum ad rem cf. Antig. 1169 sqq., Eur. Troad. 1169, Phoen. 506 sqq., et 525 sq., fragm. 252, 288, 5 sqq. et praesertim Peliadum

locus fr. 608, ubi eandem sententiam noster expressit his verbis: τὸ δ' ἔσχατον δὴ τοῦτο θαυμαστὸν βροτοῖς | τυραννίς, οὐχ εὕροις ἂν ἀθλιώτερον, | φίλους τε πορθεῖν καὶ κατακτανεῖν χρεών, | πλεῖστος (ἐπεὶ Nauck.) φόβος πρόσεστι μὴ δράσωσί τι. — Seneca Oedip. 6 (quem locum citavit Barnes): Quisquamne regno gaudet, ofallax bonum! Quantum malorum fronte quam blanda tegis!

624. περιβλέπων βίαν, vim circumspiciens. Admisi probabilem Stephani coniecturam. Animi causa memorabo Reiskii suspicionem πικρὰ βλέπων μυῶν αἰῶνα τείνει; qui vir in pedestri oratione tam acutum cernens in tragicis misere solet caecutire nec sentire, quid tragoediae gravitas respuat. Ceterum hac in re Graecorum proverbium est ζῆν λάγω βίον. De adagio κατὰ μυὸς ὄλεθρον cf. Aelianus, H. A. XII, 10.

625. αἰῶνα τείνει. Med. 670 τείνεις βίον, fr. 479 a, 10, Aesch. Sept. 535, Pers. 694. Aeschylo Accusativum αἰῶ (*Bekk. Anecd.* p. 363, 17) coniectura reddidit Ahrens et Agam. 229 Mueller scribendum coniecit αἰῶ τε παρθένειον pro αἰῶνα παρθένειον.

626. δημότης εὐτυχὴς ζῆν — ἢ τύραννος ὤν. H. F. 1413 ζῶ σοι ταπεινός; Oed. Reg. 410 οὐ γάρ τι σοι ζῶ δοῦλος ἀλλὰ Λοξίᾳ. Cf. Plaut. Menaechm. V, 5, 10 nae ego homo miser vivo.

627 sq. Locum partim e Stobaeo partim de coniectura restitui, cuius rationes reddidi *Verslagen* IV, 2, p. 185 sq. Ad structuram τύραννος — οἷς cf. Orest. 910, ibique Porsoni et Schaeferi adnot. Ut hic μισεῖ corruptum est ex μισεῖν, neglecta lineola qua indicari solet N, sic Hel. 1268 legerim πόσιν δ' ἀπείργειν (pro ἀπείργει) μῆκος ἐκ γαίας δόρυ, repetito δεῖ e vs. praegresso. (In vicino vs. 1282 pro ἀχλαινίας, quod minus recte coit cum sequenti σῖτα, fortasse aptius est ἀχηνίας). — Ad sententiam cf. Suppl. 443 sqq. et vide quae de Dionysio tyranno narret Cicero Tusc. Q. V, c. 20—23. Cf. Isocr. de pace § 111 sqq., Herod. III, 80.

629. ἐκνικᾷ τάδε, superat haec, sc. incommoda.

630. ψόγους κλύειν, male audire = ψέγεσθαι. Saepe ψόγος et λόγος confundi notum est. Ita Phoen. 199 malim: σμικρὰς τ' ἀφορμὰς ἢν λάβωσι τῶν ψόγων.

631. σῴζειν saepe est φυλάττειν, custodire. Cf. Rhes. 979, saepe τηρεῖν observare, ut supra 20 et infra 1323.

632 suspectus sine causa idonea, ut videtur, Weckleino.

635 sq. „Conferendus sermo Charmidis apud Xenophonten in Convivio, in quo dicit sibi ad paupertatem redacto ὑπανίστανται ἤδη θάκων καὶ ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι. Id scilicet iubebat sycophantiarum metus." Musgr. Ad structuram cf. Aesch. Prom. 361, Eur. Hec. 176.

637. εἴκειν. Hel. 1232 exspectabam: χρονίᾳ μὲν εἴκεις pro ἦλθες.

638. θεῶν δ' ἐν εὐχαῖς ἢ λόγοισιν. Musgrave laudat Heliodorum Aethiop.: ἢ γὰρ πρὸς ἱεροῖς ἦν ἢ ἐν θυσίαις ἐξηταζόμην — ἢ φιλοσοφοῦσι διελεγόμην.

639. χαίρουσιν, οὐ γοωμένοις. Locus tentatus a multis, sed ab omnibus ita, ut tentamina memorare supersedeam. Si quid a scribis peccatum esset, posses χαίρουσι καὶ γοωμένοις, ut diceret Io se omnibus qui oraculum adirent sine discrimine sive laetis sive tristibus officia praestare solitum esse. At potius nihil mutandum. Supra 245 dixit: οὗ πάντες ἄλλοι γύαλα λεύσσοντες θεοῦ χαίρουσι κτέ. Addidit autem h. l. οὐ γοωμένοις, ut acrius laetam suam sortem laetorum hominum commodis inservientis opponat tyranno, quem continuus metus cogat lacrimarum auctorem esse civibus suis. Cf. supra 627 sq. et pulcherrimus locus Eur. Suppl. 443 sqq. Ionis sententiam illustrat fragm. 7: κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ βαθυσπόρου χθονὸς | ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν ὁμιλίαι.

641. interpretantur: itaque iucundus semper eram novis ipse novus existens, fortasse recte, etsi fieri potest ut poeta ἡδύς usurpaverit sensu activo pro ἡδόμενος, quod fecit Sophocles Oed. Reg. 82, qui Trach. 860 ἀηδής

usurpavit pro λυπρά. Sententia admittit utramque explicationem, sed usus Euripideus pro illa militat. Forma feminina ἡδεῖαν corruptelae originem debere puto Phoen. 403: ἔχουσιν Ἀφροδίτην τιν' ΗΔΕΙΑΝ κακῶν, ubi melius intellegam: ἔχουσιν Ἀφροδίτην τιν', ΙΑCIN (ἴασιν) κακῶν. — Nauck malit καινὸς ἐν καινοῖσιν. Cf. Suppl. 593 κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί (Cob. καινὸς — καινῷ?), Soph. El. 742 ὀρθὸς ἐξ ὀρθῶν δίφρων, Trach. 613, ibique Dindorfii adn. ed. Oxon. Absurde Bacch. 1073 ὀρθὴ δ' ἐς ὀρθὸν αἰθέρ' κτἑ., sed hunc et seq. vs. Euripidi abiudico. Cf. *Verslagen* IV, 2, p. 201.

642. κἂν ἄκουσιν ᾖ. Vide adnot. ad O. R. 580.

643. ὁ νόμος, qui Ionem iubebat servire commodis eorum, qui oraculum consulebant.

646. Dindorf de sua coniectura edidit δ' ἐμαυτῷ ζῆν μ' nimiam Ioni tribuens φιλαυτίαν. Rectius Badham δ' ἔμ' αὐτοῦ, quod recepi cum Kirchhoffio et Nauckio. — ἴση ἡ χάρις; res aeque grata est. Electr. Eur. 1266 ἔφρασας ὑπερτέραν τᾶς πάρος ἔτι χάριτος.

648. οὓς ἐγὼ φιλῶ. Ambigue: chorus enim cogitat unam Creüsam.

650. Sententiae forma suadet potius τε. Accurate enim loquentes dicimus aut: μὴ λέγε ταῦτ', ἀλλ' ἐπίστασο σωφρονεῖν, aut σιώπα (παῦσαι λόγων τῶνδ') καὶ ἐ. σ. Si δέ retinendum, malim certe cum Badhamo ponere hypostigma post τῶνδ', quam virgulam cum ceteris.

651. Impense miror omnibus Ionis rationibus nihil omnino opponi a Xutho. Et vide quam abrupte cum hoc vs. coniungantur sequentia. Fortasse hic nonnulla periisse existimanda sunt. — Recipienda videbatur probabilis Hermanni emendatio εὔξασθαι, sed simul inverso ordine posui vss. 652 et 653, de quo me admonuit amicus coniunctissimus VAN DE SANDE BAKHUIZEN.

652. κοινῆς τραπέζης. Cf. Orest. 9.

653. γενέθλια. Antiatticista: γενέθλιον ἡμέραν ἀξιοῦ-

σιν ἀεὶ λέγειν, οὐ γενέθλια οὐδὲ γενέσια. Εὐριπίδης Ἴωνι, Ἡρόδοτος τετάρτῳ (26). Addere potuerat Xen. Cyr. I, 3, 10, Plat. Alc. I, p. 121 B, alios. Sed idem fallitur de γενέσια, ubi in voc. haec rogat: οὔσης τε ἑορτῆς δημοτελοῦς Ἀθήναις Βοηδρομιῶνος πέμπτης, γενέσια καλουμένης — τί κωλύει μὴ μόνον ἐπὶ τῆς δημοτελοῦς ἑορτῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς ἰδίας ἑκάστου τάσσεσθαι; Obstat enim constans omnium usus, penes quem arbitrium est et ius et norma loquendi.

656. δῆθεν, scilicet, notat ironiam. Cf. 831, H. F. 949, Rhes. 719, Orest. 1119, 1320. Idem vocabulum olim reddidi Sophocli O. C. 1385: ὡς νῦν δακρύει (δῆθεν) εἰσορῶν, ὅτ' ἐν | ταὐτῷ βεβηκὼς τυγχάνεις κακῶν ἐμοί, deleto manifesto emblemate πόνῳ, quod libri habent post ὅτ' ἐν. Sic Cobet Helen. 21 proposuit: ἀετοῦ | δίωγμα φεύγων (δῆθεν), εἰ σαφὴς λόγος, abiecta οὗτος post σαφής. Eidem particulae vix locus est in fragm. 892, quod e Nauckii coniectura sic edidit Dindorfius: ὤφειλε δῆθεν εἴπερ ἔστ' ἐν οὐρανῷ | Ζεύς, μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ καθεστάναι; Sed quum libri habeant ΩΦΘΙΛΘΝΗΔΘΝ non dubito quin ηδεν sit dittographia notum ex ειλεν, et reponendum, quod, nisi fallor, iam proposuit Cobet: ὤφειλεν, εἴπερ (ἐτεὸν) ἔστ' ἐν οὐρανῷ | Ζεύς. Sequentium incerta correctio est; nihil enim expedit pro αὐτόν cum Heimsoethio reponere ἐσθλόν, aut, suspicari excidisse (vel ab Athenagora haec citante neglectum esse) tertium vs., cuius prima verba fuerint ἄνθρωπον ἀεί; si quidem utroque modo soloecam habemus scripturam ὤφειλε cum Accus. c. Inf. pro Nominativo. Quapropter vereor, ne Athenagoras alterum vs. ex parte confuderit cum simili loco Phoen. 83 sq., et poeta aliud hic dederit, velut: ὤφειλεν, εἴπερ ἐτεὸν ἔστ' ἐν οὐρανῷ, | Ζεὺς μὴ τὸν αὐτὸν δυστυχῆ κτίζειν ἀεί.

659. προσάξομαι forma media, ut ap. Sophocl. O. T. 131.

661. πρέπον, sc. ὄνομα. Cf. 800, Hel. 1209. Iph. A. 1321.

664. Sitne ἀθροίζειν scribendum cum spiritu leni an cum aspero, dissentiunt veteres grammatici. Videatur Dindorf in Thesauro sub voce, quaeque ipse scripsi Stud. Thuc. p. 125.

664 sq. Mos erat apud veteres, ut qui peregre profecturi essent conviviis amicos suos exciperent, sacrificiis autem deos colerent: aliquando etiam ut domi manentes profecturos mensa et poculis honorarent; quin et peregre profectos et post diuturnam absentiam reduces amici aut parentes et cognati laute illos excipere solebant. BARNES.

665. μέλλων — ἐκλιπεῖν. Cf. 80, 760, 1210, 1265. Aoristi usum post μέλλειν longe rariorem esse quam praesentis aut futuri nemo hodie paulo doctior ignorat. Videatur Porson ad Orest. 928 et Elmsley ad Heracl. 710, ubi collegit exempla apud tragicos et Aristophanem obvia, quibus nullum addi potest ex reliquorum comicorum fragmentis. Nam Menandri mon. 349 μένει δ' ἑκάστῳ τοῦθ' ὅπερ μέλλει παθεῖν ut pleraque in ea collectione sequioris aevi fetum esse noli dubitare. Elmsley ubicumque levi emendatione Futurum aut Praesens restitui possit, ita corrigendum opinatur, eiusque iudicium secutus est Dindorf, qui Androm. 408, 571, Ion. 1210 et 1265 pro κτανεῖν edidit κτενεῖν, Hel. 1052 κατακτενεῖν pro κατακτενεῖν pro κατακτανεῖν, contra Heracl. 710 et Ion. 665 singulari inconstantia reliquit λιπεῖν et ἐκλιπεῖν, quamvis Elmsley λείπειν et ἐκλείπειν rescripserit, cuius coniecturas his locis ne memoravit quidem. Equidem haud sum nescius summam esse librariorum in his formis confundendis incuriam, sed quo tandem pacto diiudicabimus quid ipsis scriptoribus dare placuerit, ubi certo certius constat Aeschylum Prom. 625 dixisse μέλλω παθεῖν, Euripidem Med. 393 μέλλω θανεῖν et similiter Hipp. 723, Io 760, El. 17, Iph. T. 484; Ion. 80 et Iph. T. 1264 μέλλει τυχεῖν, Aristophanem Ach. 1159 λαβεῖν, Av. 367 μέλλετ' — ἀπολέσαι, Lys. 118 μέλλοιμι — ἰδῆν? Quocirca magis laudanda mihi videtur Nauckii cautela, qui

in re prorsus incerta nihil moverit. Ut superstitione nihil foedius, ita temeritate nihil levius esse existimo.

666. Δμωΐδεσσι natum e superscripta nominativo terminatione dativi ab eo qui iungebat ὑμῖν δμωίσιν.

671. μ' ἡ τεκοῦσα. Verborum ordo tragicis familiaris. Soph. O. C. 994 πατήρ σ' ὁ καίνων, Eur. El. 265 μήτηρ σ' ἡ τεκοῦσα, alia. Addam pauca aliorum vocabulorum exempla metri causa transpositorum; Hecub. 11 ἵν', εἰ — πέσοι, τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου, Alc. 198 οὔποθ' οὔ λελήσεται, H. F. 1387 λύπῃ τι παίδων μὴ πάθω. Infra 742 τὸ τοῦ δὲ νοῦ, Bacch. 502 ἀσεβὴς αὐτὸν ὢν οὐχ — εἰσορᾷς, Orest. 600 ἀλλ' ὡς μὲν οὐκ εὖ μὴ λέγ' εἴργασται τάδε. Sic ποτ' οὐ pro οὔποτε, ἔτ' οὐ pro οὐκέτι, alia. Adde exempla collecta ab Elmsleio ad Med. 473. — Ad rem recte monet Barnes pulchrum quae hic dicuntur esse προπαρασκεύασμα ad futuram peripetiam explicandam, quando appareat Ionis matrem non Atheniensium modo sed Erechtheidarum esse nobilissimam. Similia multa, si hoc agis, apud veteres scenicos reperias. Eiusmodi sunt Tyndari verba in eximia Plauti fabula *Capteivis* II, 2, 60 sqq.

672. παρρησία h. l. vehementer mihi displicet ob sequentia. Fieri potest, ut perperam suppletum sit e. vs. 675. Expectaveram κεδνὸν γένος aut simile quid.

673. καθαρὰν — πόλιν, cuius incolae ἐγγενεῖς sunt, non ἐπακτοὶ et συνήλυδες.

675. πέπαται = κέκτηται. Verbum Doricum et rarum apud tragicos praeterea legitur Aesch. Ag. 835, Eur. Andr. 641, πάσομαι Aesch. Eum. 178, ἐπασάμην fr. 199. E pedestribus Atticis solus usus est Xenophon, cui subinde propter diuturnas peregrinationes', nisi de industria (quod parum probabile) id facere putandus est, ξενικαὶ λέξεις excidere solent.

οὐκ ἔχει παρρησίαν. Iisdem verbis Polynyces de exule utitur Phoen. 394, ubi Iocaste ei respondet δούλου τόδ' εἶπας μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ. Gloriari solent Athenienses, et merito,

plena qua fruebantur dicendi sentiendique libertate, qua tamen eos haud raro abusos fuisse negari non potest. Substantivo reliqui tragici usi non sunt, Iones pro eo usurparunt ἰσηγορίη; rarius Attici, quorum nemo ante Xenophontem ἰσηγορία dixisse videtur.

676. *πενθίμους ἀλαλαγάς*. Phoen. 335 ξὺν ἀλαλαγαῖσι στεναγμάτων. De fausto clamore Sophocles Trach. 205, Euripides Hel. 1360 λύπαν ἐξαλλάξασ' ἀλαλᾷ, ubi tamen recte substitutum ἀλᾶν a Bothio. Phoen. 1071 πενθίμων — δακρύων.

στεναγμάτων τ' εἰσβολάς. Suppl. 92 καινὰς εἰσβολὰς — λόγων. Vide mox 722.

680. *ἄπαις* — *λελειμμένη τέκνων* (orbus, exspes liberum Attius ap. Non. s. v. exspes). Rei gravitas excusat tautologiam. Similiter infra 1463 *ἄπαιδες* οὐκέτ' ἐσμὲν οὐδ' *ἄτεκνοι*, Androm. 95 ἀνὰ στόμ' ἀεὶ καὶ διὰ γλώσσης ἔχειν, ut alia omittam.

681. *πρόμαντι*, vates. Vocabulum scribae errore legitur ap. Soph. El. 475 εἶσιν ἁ *πρόμαντις* Δίκα, ubi πρόφαντος correxi *Stud. Crit. in poet. Sc. Gr.* pag. 15, ante Blaydesium, qui idem proposuit anno post in editione sua Electrae pag. 89.

683. *ἀμφὶ ναοὺς* — *τρόφιμος*. Cl. 52 et 323, suspiceris hic quoque ναούς esse Byzantinorum interpretamentum, et genuinum esse *βωμούς*. Cf. supra ad 177.

685. *οὐ γάρ με σαίνει* libri. Si haec verba sana essent, grammatica certe requireret in sequentibus μὴ (οὐ) τιν' ἔχῃ δόλον. Non enim mihi blandiuntur oracula, ne quem habeant dolum. Quis vero credat sic dici potuisse pro: vereor ne quem dolum celent oracula? Σαίνειν ut αἰκάλλειν et Latinum verbum adulari proprie usurpatur de canibus caudam moventibus, unde fit ut notionem induat blandiendi. Σαίνειν tamen interdum adhibetur de iis, quae Graece dicuntur ὕπουλα, i. e. quae sub blanda specie celant aliquid mali, velut apud Sophoclem in

fragmento 508: ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λαθοῦσά με ἔσαιν' Ἐρινύς. Hinc est ubi verbum significet excitare metum ac sollicitudinem, ut Rhes. 55 σαίνει μ' ἔννυχος φρυκτωρία. Cf. Blomf. Gloss. Aesch. Sept. 379. Haec igitur verbi natura me movit, ut necessariam iudicarem Heimsoethii coniecturam propositam *Krit. Stud.* pag. 382 σὰ γάρ μ' ἔσηνε, nisi quod servandum duxi praesens σαίνει, pro quo pugnat sequens subiunctivus ἔχῃ. Non male nuper Wecklein l. l. p. 400: ἀτάρ με σαίνει.

692. ἔχει δόλον τύχαν ὁ παῖς | ἄλλων τραφεὶς ἀφ' αἱμάτων. Locus varie tentatus. Nauck de sua coniectura δόλον mutavit in δόμων, Heimsoeth proposuit ὀχλεῖ δόμου τύχαν et (sine causa) φανείς pro τραφείς, quod a tragicis poni solet pro γεγονώς haud secus ac cretus a poetis Latinis pro natus. Cf. v. c. Soph. Phil. 3. In Nauckiana emendatione ἔχει (impedit?) nimis obscurum est. Ego dedi quod olim proposui, hac sententia: habet dolum artificiumque puer ex alieno sanguine cretus, i. e. dolis artificiisque usus est Xuthus, quo puer, quem e peregrina nescio qua muliere suscepit, sibi a Deo scilicet traderetur. Chorus quod primum suspicari se dixit (σὰ γάρ με σαίνει θέσφατα μή τιν' ἔχῃ δόλον), deinde reputans oraculum esse nimis absurdum (ἄτοπον γὰρ ἄτοπον), nunc ponit ut certissimum, addens τίς οὐ τάδε ξυνοίσεται; quisnam in his non conveniet nobiscum? ut recte explicuit cum Wakefieldio Seidler. Posteaquam sic ratiocinando plane sibimet ipsi persuasit Xuthum corrupisse Pythiam, aptissime sequuntur illa (695) φίλαι, πότερ' ἐμᾷ δεσποίνᾳ κτέ. Pro ΤΥΧΑΝΟΠΑΙC igitur dedi ΤΕΧΑΝΘΟΠΑΙC, quod nunc partim confirmatur Vollgraffi mei collatione. Cf. adn. crit. Saepe τύχη et τέχνη a scribis confundi, pauci ignorant.

695. Incertum est utrum hic ποτνίᾳ cum Heimsoethio reponendum sit pro δεσποίνᾳ (quod illius potest esse glossema), an in vs. strophico 576 cum Dindorfio πενθήρεις sit

reponendum pro πενθίμους. Alterutram enim correctionem metrum postulat. Utramque igitur posui in margine.

695 sqq. Locus corruptissimus nec certa ratione sanabilis. Heimsoeth. K. S. pag. 381 tentat. φ. π. ε. δ. τ. τ. ε. ο. γ. πάρος, ἐν ᾧ τὰ πάντ' ἔλευσσ' ἐλπίδων | μέτοχος ἦν κακῶν· | νῦν δ' ἡ μὲν ἔρρει συμφοραῖσι δυστυχής, | ἄτιτον εἰσιοῦσα γῆρας φίλων, | πόσις δ' εὐτυχεῖ, | μέλεος, ὃς θυραῖος ἐλθὼν δόμους | μέγαν ἐς ὄλβον οὐκ ἴσωσεν τύχας |. Quae pleraque omnia nimis incerta sunt, et partim certe non ferenda, velut quod scripsit ἔρρει συμφοραῖσι δυστυχής, quod me iudice miserrime languet, ut taceam ἔρρειν absolute usurpari solere. Praeterea citra necessitatem cum alia mutantur, tum librorum scriptura πόσις δ' ἀτίετος φίλων, quod adiectivum cum Wakefieldo, Seidlero, Hermanno, aliis sensu activo accipio, ut dicatur Xuthus contemptor uxoris. Cf. Eurip. Med. 658 ἀχάριστος ὄλοιθ' ὅτῳ πάρεστι μὴ φίλους τιμᾶν et ib. 696 [1]). Adiutus tamen acuta Heimsoethi de hoc loco disputatione hoc videre mihi videor vs. 696 deesse infinitivum prorsus necessarium, et 699 male sano laborare veteris lacunae supplemento, quo expuncto locum sic fere olim scriptum fuisse suspicor: φίλαι, πότερ' ἐμᾷ δεσποίνᾳ | τάδε τορῶς ἐς οὖς γεγωνῶ πλέκειν | πόσιν, ἐν ᾧ τὰ πάντ' ἔχουσ' ἐλπίδων | μέτοχος ἦν τλάμων, | νῦν δ' ἡ μὲν ἔρρει, συμφοραῖς (τ' ἐνέξεται) | πολιὸν εἰσπεσοῦσα γῆρας, πόσις δ' | ἀτίετος φίλων κτέ. i. e. Amicae, utrum meae dominae haec aperte in aurem dicam machinari maritum, in quo omnia habens reposita spei misera erat particeps. Nunc illa quidem periit malisque premetur continuis, ubi ad canam pervenerit

1) Wecklein, *Stud. z. Eur.* p. 313 corrigens τέκνων pro πόσις δ' non videtur animadvertisse difficultatem in Partic. Aor. εἰσπεσοῦσα. Quasi Creüsa iam sit anus! Ita saltem simul corrigendum sit εἰσιοῦσα cum Heimsoethio. Cf. 608.

senectutem (cf. Med. 1396 οὔπω θρηνεῖς, μένε καὶ γῆρας), iste vero amicos suos (uxorem) non curat, miser qui veniens externus in magnas domus (Cecropiae) opes NON CONSERVAVIT FORTUNAM. Libri οὐκ ἔσωσε τύχης, pro quo vulgo ex Heathii coniectura legitur οὐκ ἔσωσεν τύχας, hoc est, si Matthiae credimus, quum filiis in succedendi spem natis careret. Wakefield cl. vs. 818 pro ἔσωσεν coniecit ἴσωσεν, ut esset sententia: fortunam et suam et uxoris non aequavit, fortunae suae coniugem non participem fecit, (parum apta me iudice), nuperrime autem Kock *Verisim.* pag. 198 sq., postquam optime demonstravit ferri non posse Matthiaei explicationem, neque Kirchhoffii coniecturam οὐκ ἔσωσ' εὐτυχής, ipse coniecit οὐκ ἔσωσεν δίκαν vel, quod praefert, οὐκ ἔσωσεν λέχος, cll. Orest. 575, Hel. 795, H. F. 1372, Hipp. 635, quorum tamen locorum nullus est, quo probetur ita scribendo poetam significare potuisse Xuthi infidelitatem erga coniugem. Longe me iudice probabilior est altera, quam ipse minus probavit, coniectura δίκαν, quod ita aptum est, ut in margine adscribere non dubitaverim.

696. γεγωνήσομεν. Hesych. γεγωνεῖν· μεγαλοφωνεῖν, ἤδη δὲ φθέγγεσθαι. Recte; plerisque enim tragicorum locis priorem vociferandi notionem, quae Homero est propria, plane deposuit.

697. ἐν ᾧ τὰ πάντ' ἔχουσ'. Cf. Eur. Med. 228, Hipp. 932, Phoen. 932, ubi vide Valckenarii adnotationem, et Soph. Aiac. 519.

699. συμφοραῖς δ' ἐνέξεται. Cf. Androm. 980.

705. ἐξαπαφών. Verbum ἀπαφίσκειν (ἐξαπαφίσκειν) epicis proprium pro ἀπατᾶν, alibi in tragoedia non reperitur.

706 sqq. καὶ — καθαγνίσας, i. e. καὶ μὴ καλλιεροίη. — κάλλιφλοξ (semel lectum) spectat ignispicium. Cf Phoen. 1255 sqq. ibique Valckenaar, Suppl. 155, Soph. Ant. 1015.

708. πέλανον, victima, ut supra 227. — καθαγνίσας. Orest. 40 πυρὶ καθήγνισται δέμας. Frequentius est verbum simplex. Suppl. 1211 σώμαθ' ἁγνισθῇ πυρί, cett. Cf. Anecd. Bekk. pag. 339, 9 et Hesych. ἁγνίσαι· ἀποθῦσαι.

709 sqq. Lacunam, indicatam a Cantero, frustra expleas. Comminisci aliquid possis, quale est quod acute sane coniecit Heimsoeth, qui locum sic constituit K. S. pag. 384: τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται | (πότνι' ἐμὰ) φίλα, | τύραννος ὡς (γενεθλίων) | ἤδη πέλας δείπνων κυρεῖ | τέκνου πατὴρ νέος νέου. Badham exspectat: τὸ δ' ἐμὸν εἴσεται | τύραννος φίλα (πρόθυμον ἡνίκ' ἐκποδὼν) ἤδη πέλας δείπνων κυρεῖ κτέ. Valet in talibus Catullianum illud: quod vides perisse perditum ducas.

714. δειράδες Παρνάσου. Cf. Phoen. 214 πετρίνας δειράδας, Iph. T. 1090 πετραίας δειράδος, Ai. 697. — πέτρας σκόπελον iungi debere apparet, cl. vs. 274 supra.

716 sqq. Haec chorus memorat, quia puerum Bacchanalibus procreatum esse audiverat supra 553 sqq. — νυκτιπόλοις, formatum ut πυρπόλος, ὀνειροπόλος, alia. Cf. 1049 et fr. 475 A, ubi ipse Bacchus (Ζαγρεύς) audit νυκτιπόλος. — ἅμα σὺν rarissime, si usquam, apud tragicos sic iuncta reperies. Diversum est, quod dixit Sophocles Trach. 720 ταύτῃ σὺν ὁρμῇ κἀμὲ συνθανεῖν ἅμα. Hinc fortasse scribendum ἅμα συμβάκχοις. Cf. Troad. 500 et Philodemus ap. Athen. X, p. 445. Quia enim ipse Διόνυσος dicitur Βάκχος, Βάκχιος, Βακχεύς, recte Thyadas dixeris deo συμβάκχους.

720. νέαν ἡμέραν, iuventutem, ut saepe δούλιον ἦμαρ apud Homerum pro δουλεία, ἐλεύθερον ἦμαρ pro ἐλευθερία, similiaque. Cf. Hec. 56 et Androm. 99. — ἀπολιπὼν θάνοι. Cf. Hom. ψυχὴ δ' Ἀϊδόσδε βεβήκει — λιποῦσ' ἀδροτῆτα καὶ ἥβην. Abundantia defendi potest locis, qualis est Hippol. 536 ἀπαλλαχθήσομαι βίου θανοῦσα. Cf. 853. Praecedentia tamen et ipsa loci ratio pro θάνοι suadent φθάνοι. Cf. *Verslagen* IV, 1, pag. 98, ubi eadem opera tentavi H. F. 69, reponendo φθάνοντ' pro θανόντ'.

722. Admissa Nauckii coniectura ξένων pro ξενικόν et correcto simul accentu εἰσβολᾶν pro εἴσβολάν probabilis haec nascitur sententia: nam si (ab hostibus) urgeretur urbs, haberet praetextum, cur peregrinos admitteret. Deinde audaci coniectura de meo reposui quod contextus imperiose poscere mihi videtur: sufficit vero vetus illa (peregrinorum admissio), quum regnum tenebat Erechtheus, Creüsae pater, qui bello pressus (cf. supra 296) Xuthum in civitatem admiserat, unde nunc illae lacrimae! Coniecerat olim Scaliger ἅλις ἅλις ὁ πάρος, Matthiae ἅλις ἅλις, ὁ πάρος ποτ', Canter ἅλις ἔσθ' ὁ πάρος, Musgrave ἅλις ἃς τὸ πάρος (ἀρχαγὸς ἦν), Kirchhoff ἅλις ἅλις ὁ πάροιθ', Dindorf ἅλιας ἅλιας ὁ πάρος, obtrudens Euripidi formam Hipponacteam, Hermann denique ἅλις δ' ὁ πάρος, quarum coniecturam manifesto nulla satisfacit. Solus horum virorum Musgrave poetae fere mentem assecutus videtur, sed ut erat illa aetas metricae artis ignarissima, verba assequi non potuit. Ἀρχαγός hic ut saepius alibi dictum pro βασιλεύς velut Aesch. Ag. 266, Eurip. Iph. T. 1303. Musgrave accepisse videtur pro auctore, qua potestate vocabulum cum aliis adhibuit Xenophon Hell. III, 3 § 5. Sed ita scribere debuerat, ut metro satisfieret:

ἅλις δ' ἃς πάροιθεν ἀρχαγὸς ἦν
Ἐρεχθεὺς ἄναξ

quod mihi tamen minus placet quam id quod reposui.

725. παιδαγώγ'. Magnificentius Med. 53 τέκνων ὀπαδέ.

726. Vs. spurium notavi *Verslagen* IV, 2, pag. 178. Nuper Wecklein *Stud. z. Eur.* correxit ὢν τόθ' pro ὄντος. Vel sic tamen versiculus ineptissime abundat. Quasi vero mortui paedagogus esse potuisset! Cf. Electr. 287, allatus a Weckleino.

728. ὥς μοι συνησθῇ. At contra ei paedagogus συλλυπηθήσεται mox 808 sqq. Ad quam rem poeta spectatorum animos iam praeparat in ipsis sequentibus 731.

729. παίδων γονάς. Vide supra 328. Cf. Med. 721, 1136.

731. Construe: εἰ δ', ὃ μὴ γένοιτο, τυγχάνοι τι κακόν. Cf. ad 671. Impeditior structura peperit interpretamentum, quod habet Stobaeus εἴ δ' ἄρα συμβαίνοι τι δυσχερέστερον. Ad τυγχάνοι cf. Hecub. 628 ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

732. ἐμβλέψαι probavit Valckenaar Diatrib. pag. 178. Recepit cum Dindorfio Nauck.

730–732. Stob. CXIII, 4; 732 Plut. Mor. pag. 43 F et 69 A, Schol. Pind. Nem. VIII, 73. Kirchh.

733. ὥσπερ — σύ. Epica tmesis ὡς σύ περ a tragicorum sermone aliena videtur.

734. ὅμως οὖσ', i. e. καίπερ οὖσα. Post [aut ante] participium ὅμως ponitur ita ut protasi quidem sit adiunctum, sed ad apodosin pertineat. Dindorf *lex. Soph.* pag. 344 B.

737. ἐκγόνους potestate transitiva posuisse videtur recentissimi aevi interpolator, qui non intellexit ad καταισχύνασ' ἔχεις e vs. 735 mente repetendum esse γεννήτορας. Frustra igitur corrigitur. Ἐγγενεῖς coniecit Musgrave, εὐγενεῖς Reiske, ἐκ γένους Bothe. Ego versum inficetum expunxi *Verslagen* IV, 2, p. 179. Similiter interpretandi libido originem dedisse videtur languidissimo versiculo et ab animi conditione in qua Aiax versatur alienissimo, qui in tragoedia Sophoclea excipit vs. 815:

ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν, ᾗ τομώτατος.
[γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολή].

738 sq. Cf. nostri Elect. 492.

740. συνεκπονοῦσα, adiuvans. Cf. 850. Iniuria Reiske συνεποτρύνουσα.

741. ἐκφύλασσε, i. e. εὖ φύλασσε. Cf. Orest. 1295, Soph. O. C. 285, ut ἔξοιδα pro εὖ οἶδα, alia multa. — ἔπου νυν. Correpta vocalis natura longa in vocula NYN, quod tragici faciunt ubicumque metrum postulat, comici non nisi in parodia aut paratragoedia. — τιθεῖς scripsi cum cod. C. Cf. Cobet *Var. Lect.* p. 221.

742. τὸ τοῦ ποδός nota periphrasi pro ὁ πούς; similiter usurpatur neutrum Plurale τά, ut τὰ τῆς τύχης O. R. 977, τὰ τῆς διαίτης O. C. 351, cett. — τὸ τοῦ δὲ νοῦ. Vide ad 671.

743. Compositum cum βάκτρῳ, verbum ἐρείδεσθαι non potest aliud significare quam inniti, neque igitur ex eodem verbo suspensus esse Accusativus στίβον. Quocirca, reiecta interpretatione Hermanni ad H. F. 108 contendentis ἐρείδου dictum esse pro ἐρειδόμενος διαπορεύου, reposui στείβων. Minus tamen necessario simul χθονός mutetur in χθόνα. Nam περιφερῆ potest esse neutrum Plurale, ut περιφερῆ χθονός dictum existimemus quem ad modum ἁβρὰ παρηίδος, alia apud poetas, de quibus consulas Matthiaeum Gr. Gr. § 442. Quid autem vult sibi h. l. περιφερής? Proprie hoc adiectivum usurpatur de linea flexa in orbem, curva, convexa, quare, nisi decipit nos librarii aliquis error, nescio an, suadente contextu, hic ea notio translata sit ad solum acclive, ut Plinius IV, 8, 31 dixit iuga leniter convexa, Ovidius Met. XIV, 15 iter convexum. Musgrave intellexit callem (στίβον) flexuosam, Matthiae semitam in orbem se circumagentem in ascensu, Hermann cl. Hel. 430 accepit de gradibus, qui erant circa templum, quod si voluisset poeta, scripsisset opinor περιφερῆ — βάθρα, non χθονός. Vide ad 725 sq. Accedit quod gradus templa cingentes pauciores esse solebant, quam quorum adscensu tantopere gravaretur paedagogus. Tandem Seidler interpretatur solum quod circa te est, languidum haud dubie additamentum. Liber Heinsio-Scaligeranus habuisse fertur παραφερῆ ποδός, unde Hartung periclitatur parum probabilem coniecturam κάφορα στίβον χθονός, nec multo veri similiorem Badham, scribendum esse παρχφόρου στίβον ποδός. Nam ipsum στίβον ferri non posse, mihi certum est.

755. καὶ τοῦτο τυφλόν cett. Etiam hoc (baculum) caecum est atque incertum, quando mihi (qui eum figo) acies oculorum obtusa est.

756. Librorum lectionem ita emendavit Tyrrhwitt, ut tamen committeret stribliginem, quam mirum est fraudi fuisse Dindorfio, Nauckio, Badhamo, ceteris, quod sciam, omnibus. Non quidem ignoro Antiatticistae locum pag. 117, 30: *μὴ νόμισον· ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. Σοφοκλῆς Πηλεῖ „καὶ μὴ ψεῦσον"*, quem vs. integrum attulit Schol. Ar. Thesm. 870: *μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, μή μ' ἕλῃς ἄνευ δορός*, veruntamen, ut concedamus non corrupta exemplaria in errorem induxisse grammaticos, hoc exemplum ita abnorme est, ut ubi sit optio inter *μὴ παρῇς* et *μὴ πάρες*, nemo sanus hoc illi sit praelaturus. *Κόπῳ* causae potius quam instrumenti est dativus, quoniam hic *παρεῖναι*, ut saepe alibi, est intransitivum. Ceterum usitatius est passivum *παρεῖσθαι κόπῳ*, s. *ὑπὸ κόπου*. Cf. Bacch. 634 et 683, ubi vide exempla collecta ab Elmsleio. — *ὀρθῶς ἔλεξας*, recte mones. Eadem sententia tragici usurpant *εὖ* s. *καλῶς λέγειν*, *δίκαια λέγειν*, *λέγειν ἀληθῆ*, *ἔνδικα*, alia.

751. *οὐκ εἰς ἀπίστους*. Non de nominibus vitiorum confusis cogitandum esse cum Musgravio, qui *ἀπίστους* dictum esse censet pro *ἀχαρίστους* vel *ἀγνώμονας*, quivis mihi hodie concedet. Nam si haec fuisset poetae mens, nihil obstabat quominus scriberet *οὐκ ἐς ἀχαρίστους*, quod ipsum coniecit Heimsoeth et mihi quoque venit in mentem, habetque aliquid commendationis a praegresso *πιστόν*, quod facile corruptelae ansam dare potuit. Attamen nihil mutandum, modo *ἀπίστους* interpretemur non infideles, nec immemores (quod visum est Hermanno), sed incredulos, fidem non habentes, de qua potestate vide Porsonum ad Hecub. 1025 et Valckenarium ad Herod. VI, 108. Quaecumque enim laeta sunt, mortales facile credimus. Demosth. Olynth. III, § 19 *ὃ γὰρ βούλεται, τοῦθ' ἕκαστος καὶ οἴεται, τὰ δὲ πράγματα πολλάκις οὐχ οὕτω πέφυκεν.* Quod Elmsley ad Med. 865 tacitus rescripsit *χάριν*, hac admissa interpretatione, falsum esse intelleges. Ceterum

recte iam Barnes observavit, ubi tecte quis loquatur de aliqua persona, pluralem numerum plerumque adhiberi et, licet de femina, genere masculino, velut supra 660. Is igitur partim iam vidit quod accuratius sic postea elocutus est Dawes: Si mulier de se loquens pluralem adhibet numerum, genus etiam adhibet masculinum, si masculinum adhibet genus, numerum etiam adhibet pluralem. Videatur Porson ad Hec. 509, Med. 763, Phoen. 1730, et infra 955.

752. *ἰὼ δαῖμον — ἰὼ τλάμων.* De his similibusque exclamationibus extra metrum positis vide quae adnotavi ad Oed. Reg. 1468. Cf. infra 762.

753. Cf. Hipp. 881, Alc. 814, Phoen. 1336. — Inde a vs. 752 incipit antistrophica ratio colloquii respondentibus inter se vss. 752, 753 et 754, 755, tum 756, 757 et 758, 759, quibus tamquam epodus adiuncti sunt vss. 760—762. HERMANN, quem secutus est Dindorf. Alii minus recte paedagogum colloquio excludunt, Creüsae tribuentes 753 et 755.

756 sq. Suspectum horum versuum *ὁμοιοτέλευτον*, quod plerumque originem debet describentium errori. Quae veninnt in mentem, nimis incerta sunt. Respici autem ad Xuthi minas (supra vs. 667) fallet neminem, ut arbitror.

757. *μοῦσα* hic est querella. Cf. Hel. 164, Iph. T. 182, Troad. 605. Sic *μέλος* Alc. 760, Hipp. 1178.

758. *εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν ἢ τί δράσομεν;* Soph. Trach. 972 *τί πάθω; τί δὲ μήσομαι;* Cf. Ai. 404, nostri Electr. 967, Aesch. Suppl. 777. Heracl. 439 *ὑμῖν δ' οὐκ ἔχω τί χρήσομαι* pro *ὅτι χρήσωμαι.*

760. *θανεῖν διπλῇ,* bis mori. Aliter Hel. 142 *οὐ διπλᾶ χρῄζω στένειν.* Eur. fr. 5 *παραυτὰ δ' ἡσθεὶς ὕστερον στένει διπλᾶ,* i. e. *δὶς τόσον στένει.*

761. *ἐν ἀγκάλαις.* Recepi Matthiaei emendationem recte negantis Graecum esse *ἐπ' ἀγκάλαις λαβεῖν* pro *εἰς ἀγκάλας* sive *ἐν ἀγκάλαις* sive *ἀγκάλαις λαβεῖν.* Diversi generis sunt

quae attulit Hermann, Iph. T. 1250 et Iph. A. 615. Contra ἐπί pro ἐς nostro reddiderim Hippol. 1297 ἀλλ' ἐς τόδ' ἦλθον, quod contra poetae mentem significat: sed eo usque processi (cf. 1332), non (id quod loci ratio postulat) sed eo consilii veni: ἀλλ' ἐπὶ τόδ' ἦλθον. Cf. Androm. 41 sq.

763 sqq. Descripsi metrum, ut fecit cum Nauckio Badham, nisi quod hic versus paullo aliter divisit. Idem tacitus solum τέκνον dedit paedagogo. Recte, opinor. Ita enim melius respondet in praegressis eiusdem exclamatio θύγατερ. Nimiam reginae desperationem is lenire conatur. Aliter Dindorf, qui senarium fecit e verbis ὤμοι — ἐγώ, inserto deinde ex Hartungi coniectura οἴμοι ante συμφορᾶς.

764. ἄχος ἄβιον, i. e. λύπην ἀβίωτον ποιοῦσαν τὸν βίον. Hippol. 868 ἀβίοτος βίου τύχα. Hermann conferri iussit Bekkeri Anecd. p. 323. Soph. Antig. 417 scripserim: καὶ τότ' ἐξαίφνης Χθονὸς Τυφὼς (cf. Stud. Crit. ad poet. Sc. Gr. pag. 11) ἀείρας σκηπτὸν οὐράνιον, ἄχους πίμπλησι πεδίον πᾶσαν αἰκίζων φόβην ὕλης πεδιάδος κτέ. pro οὐράνιον ἄχος.

767. διανταῖος, ex adverso penetrans, praeter h. l. non legitur apud Euripidem, neque apud Sophoclem, sed saepius apud Aeschylum, qui semper utitur forma feminina in αία. Hic pro ea metri causa usurpatur forma communis, ut interdum in βιαῖος, δίκαιος, πελάγιος, δόλιος, οἰκεῖος, μέλεος, ποθεινὸς, ὀθνεῖος, τομαῖος, σωτήρ, ῥᾴδιος, φαῦλος, φορητός (et aliis verbalibus in τός), πολιός, στεῖρος, τηλικοῦτος, λυτήριος, πατρῷος, μάργος, κύριος, Τυνδάρειος, Ἡράκλειος, aliis. Simplex ἀνταῖος, adversus, hostilis, infestus, legitur apud omnes tragicos.

ἔτυπεν. Aor. II Act. a verbo τύπτειν alibi nusquam legitur. Iure suspectum Badhamo, qui barbaram hanc formam vocat. Vide an pro ЄΤΥΠЄΝ recte reposuerim ЄΠΑΡЄΝ, ἔπαρεν, et compara Homericum ὀδύνῃσι πεπαρμένος, quod alii imitati sunt. Cf. Hymn. Apoll. 82, Ap. Rhod. IV, 1067, Archil. fr. 77 Bergk, Lucian. tragoedopod. 298.

776. Cf. Hippol. 874 τόδ' οἷον ἄλλο πρὸς κακῷ κακόν. Androm. 386 ἄχθος ἐπ' ἄχθει (Cf. 475), Troad. 589 ἐπὶ δ' ἄλγεσιν ἄλγεα κεῖται, ib. 602 δάκρυά τ' ἐκ δακρύων, Hecub. 688 ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων κακὰ κακῶν κυρεῖ. Interdum sine praepositione, velut Hel. 365 ἄχεά τ' ἄχεσι, δάκρυα δάκρυσι. — Hom. Il. Π, 111 κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.

780. ἐντελῆ νεανίαν. Aeschyl. Choeph. 250, et alio sensu Ag. 105, ubi eodem errore libri habent ἐκτελέων., correctum ab Aurato.

782. ἄφατον ἄρρητον. Metro medetur probabilis Badhami coniectura quam adscripsi (Fragm. Eur. 478 τὸ τῆς ἀναγκης οὐ λέγειν ὅσον ζυγόν interpretamentum οὐ λέγειν esse potest adiectivi ἄφατον. Fortasse verum est: τὸ τῆς ἀνάγκης ἄφατόν ἐσθ' ὅσον ζυγόν.) Ad synonymorum coacervationem in commotiore oratione cf. Hecub. 76, 155, 213, 705, cett.

784. θροεῖς. Hoc verbo Aeschylus et Euripides tantum in melicis utantur, contra Sophocles plerumque in diverbiis, qui abstinuit a θρέομαι, quod a reliquis iuxta cum θροεῖν adhibetur. Ap. Aesch. Eum. 510 est medium θροούμενος.

785. ὅπως pro πῶς correxi *Verslagen* IV, 2 p. 203, et eadem opera Iph. T. 257 ὅπου pro πῶς. — ἐκπεραίνεται. Cycl. 690 παλαιὸς χρησμὸς ἐκπεραίνεται.

788. ἐκ θεοῦ. Cf. supra ad 405.

789. ἔλαχον. Correxi *Verslagen* IV, 2 p. 186. Cf. Iph. T. 864 ἀπάτορα πότμον ἔλαχον, ib. 914 τίνα πότμον εἴληχε βίου.

797. Hec. 100 αἰθέρ' ἀμπτάμενος οὐράνιον, Or. 1376 πολιὸν αἰθέρ' ἀμπτάμενος, Phoen. 167 δρόμον ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος, Iph. T. 843 μὴ πρὸς αἰθέρα ἀμπτάμενος φύγῃ.

801. ἀκήρυκτον. Heracl. 91, Soph. Trach. 45.

806. σκηνὰς ἐς ἱεράς. Cf. 982. Musgrave iungit προθύσων σκηνὰς ἐς ἱεράς vertens: immolaturus in sacris tabernaculis, quod sic Graece dici potuisse minime probant quae affert exempla. Vulgo iungunt φροῦδος σκηνὰς ἐς ἱερὰς προθύσων κτέ., cum qua sententia facile quidem con-

ciliantur quae praesente choro Xuthus filio dixit 653—657 et 665—667 (cf. 707—709) et cum Creüsae verbis 1031, sed difficulter cum nuntii narratione 1125 sqq., unde apparet Xuthum non immolandi causa abiisse ad tabernaculum, sed solum conscendisse cacumen Baccho sacrum, manente filio, quem tabernaculum ponere iubet, et, si ipse diutius fuerit moratus, convivio excipere amicos; nec re vera, vetante fabulae oeconomia, epulis pater interfuit. Nisi igitur existimemus poetam in posteriore parte dramatis, postquam Xuthi personam de scena removendum esse intellexerit, mutato consilio rem ita administrasse, non correctis tamen quae in priore parte scripserat (qualis opinio parum haberet probabilitatis), non video quo pacto hanc difficultatem expediam. Neque enim sic expediri potest, ut admissa verborum coniunctione quam voluit Musgrave explicemus: immolare hostiam, cuius carnes a convivis in tentorio consumantur, qualis interpretatio verbis quidem optime respondet, sed refellitur eo ipso quod convivium fit, dum Xuthus sacrificatur, ut taceam (quod longe minoris est momenti) intellegi non posse vs. 1031 *ἐλθὼν, ἵν' ἡμῖν βουθυτεῖ λάθρᾳ πόσις*, siquidem paedagogus ad tabernaculum se confert, non ad Parnasi cacumen, ubi rem divinam facit Xuthus. At, dixerit quispiam, Creüsa hoc scire non potuit, nec chorus aliud audiverat nisi et sacra et convivium celebratum iri. Audio, sed cur igitur chorus addit illa de sacro tabernaculo, de quo Xuthus verbum non dixerat?

808. *γάρ σοι* cur numerosius sit quam librorum scriptura explicat Elmsley ad Oed. Col. 115. Cf. ad Hec. pag. 261, ed. Lips.

809. *μεμηχανημένως* alibi non legitur.

814. *παγκληρίαν*. Cf. infra 1542 et Suppl. 14; *παμπησίαν* est infra 1305.

815 sq. Cf. Soph. El. 773 *οὔτοι μάτην γε, πῶς γὰρ ἂν μάτην λέγοις;* Ceterum dubito num hi vss. ab ipso poeta

profecti sint. Certe iis omissis prorsus idem dicitur idque stilo haud paullo meliore. Ἐκκαρποῦσθαι alibi apud tragicos non exstat, verbum simplex non rarum est.

817 sq, οὐκ ἔστεργέ σοι ὅμοιος εἶναι. Rarissima constructio pro Participio, cuius alterum exemplum in antiqua Graecitate desidero, quare dubitari potest, num sic olim scriptum fuerit. In P. quum sit ὅμοιός τ', venit in mentem: ὅμοιος ὤν τις — φέρων. Sed fortasse totus vs. ut spurius est abiiciendus. Ita οὐκ ἔστεργέ σοι significabit: te non erat contentus. De impuni virorum in hoc genere licentia, dum uxores uno viro contentae aetatem agere lege et moribus cogantur, vide iustissimas Syrae querelas in Plauti Mercatore, 805 sqq. Ἀγαπᾶν quoque cum Infinitivo pro participio non reperiri videtur nisi apud sequiores, qualis est Herodianus. Ad participium post στέργειν cf. Hipp. 458, Androm. 180, Soph. Trach. 992. Loco Medeae 635 libenter legerim: στέργοιμι δὲ σωφροσύναν, δώρημα κάλλιστον θεῶν pro στέργοι δέ με σωφροσύνα κτέ.

819. νυμφεύσας verecunde dictum pro συγγενόμενος.

820. ἐξενωμένον, peregre missum. Cf. Hipp. 1088, Soph. Trach. 68. Dubium utrum hoc poeta voluerit an ἐξενωμένων, alicui Delphicorum hospitum, quod coniectum a Beckio.

823. ἐκτεθραμμένον, adultum, i. e. ἐξηνδρωμένον.

826 sqq. locus pessime habitus. Primum enim manifesto inconcinnum est κἄπλεκεν, pro quo Valckenaar ad Hipp. 34 καὶ πλέκει coniecit, sed rectius Heimsoeth iunxit cum sequentibus correctum in καὶ πλέκων, deleto hypostigmate post τοιᾶσδε, quam correctionem recepi. Idem deinde pro corruptissimo vs. 828 suspicatus est λαθὼν δὲ καιρὸν εὐλαβούμενος, τέλος, accepto a Musgravio λαθών pro ἐλθών, quod et ipse cum Nauckio admisi in textum. Iacobs proposuit λαβὼν δὲ καιρὸν φθόνον ἀμύνεσθαι θέλων, Madvig λαθὼν δὲ καὶ τὸν φθονὸν ἀμαυροῦσθαι vel λ. δ. κ. τ. φθόνον ἀμύνεσθαι δοκῶν, cum se

putarit invidiae obviam iisse. Mihi venit in mentem λαβὼν δὲ, καιρὸν τοῦδ' ἄμεινον' εἰ λάβοι, sed in tanta corruptela omnia incerta sunt.

827. ἀνέφερ' εἰς τὸν δαίμονα, Deo dedicavit, interpretatur Musgrave, sed ἀναφέρειν nusquam ea vi usurpatum repperi; contra ἀναφέρειν (τι) εἴς τινα est ad auctorem aliquem aliquid referre, alicui alicuius rei culpam tribuere. Si deprensus foret, Xuthus dicturus erat, Apollinis responso se falsum fuisse. Nam, ut est apud Pacuvium, flexa autumare dictio Delfis solebat. Notandum autem Imperfectum ἀνέφερεν, dictum ut videtur pro ἀνοίσειν ἔμελλεν. Dubitandi causa non deest.

830 sq. ut spurios notavit Dindorf, nec quo pacto tuear reperio. Compositi procul dubio ad exemplum vss. 661 sqq. Falsissima est Hermanni coniectura scribentis: γῆς, καινόν τε — Ἴων', si quidem iam nunc Xuthus hoc nomen dedit filio recens reperto, ut taceam περιβάλλειν τινὶ ὄνομα Graecum non esse. Melius Badham ci. καινοῖ. Obscurum autem quid sibi velit ἀνὰ χρόνον, quod per otium sine ullo documento interpretantur. — Ceterum huius modi paronomasiae veteribus ac praesertim Euripidi sunt in deliciis. Cf. fragm. 521. Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν, Helen. 9 et 12 sq. Iph. T. 32, Phoen. 636 sq., cett. Praeivit omnibus ut in plerisque Homerus. Cf. Od. τ, 407 sqq.

837. ἀμήτορ' matre ignobili natus. Cf. supra 109. — ἀναρίθμητον. Hel. 1695 τῶν δ' ἀναριθμήτων μᾶλλόν εἰσιν οἱ πόνοι. Hom. οὔτ' ἐν λόγῳ οὔτ' ἐν ἀριθμῷ. Saepius vero nullius pretii homines audiunt ἀριθμοί, quippe qui corporibus suis tantummodo mortalium numerum impleant. Cf. Heracl. 997, Troad. 470, Ar. Nub. 1204, Soph. O. C. 382. Horatius Epist.: nos numeri sumus fruges consumere nati. — Vs. seq. sine causa tentat Wecklein p. 400.

839. ἁπλοῦν — κακόν, malum tamen. Vide enim sententiam Euripideam in Melanippa vincta fragm. 494.

840. *πιθών*. Aoristi II forma Activa soli poetae utuntur.

842. *τῶν Αἰόλου*. Oportebat eum ad patris Acoli demum reversum aliquam ex illius nepotibus ducere. BARNES. *ὀρεχθῆναι*. Aor Pass. promisce usurpatur cum Aor. med. *ὀρέξασθαι*. Cf. H. F. 16, Hel. 1238, Or. 327, fr. 242. Forma passiva apud Homerum nondum reperitur.

843. *γυναικεῖόν τι*. Non nisi ex parte huc pertinet Aeschyli dictum Agam. 1605 *τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς*.

846. *σοὶ θανατὸν — μολεῖν*. Hec. 642 *κακὸν τᾷ Σιμουντίδι γᾷ ὀλέθριον ἔμολε*, Hipp. 1463 *κοινὸν τόδ' ἄχος πᾶσι πολίταις ἦλθε*, cett.

847 spurium habent Dindorf et Nauck. At manifestum esse reor, hoc vs. deleto non licere ex vs. 843 repetere *δεῖ* post *ἢ γὰρ — κατακτεῖναι*. Qnare constitui, ut edidit Hermann, nisi quod Musgravium aliosque secutus virgulam posui post *τοῦδε*, qnia in hac similibusque formulis (*ἀπαλλάττεσθαι βίου*) nusquam pronomen demonstrativum additum vidi, contra vero verbum *ὑφιέναι* plerumque iungitur cum genetivo. Hartung coniecit *ὡς εἴ γ' ὑφήσεις*, Badham *εἰ γὰρ σὺ φείσει*. Badhami coniectura parum veri est similis, quia et mutavit verbum aptum *ὑφιέναι* et ea admissa perquam incommode *τοῦδε* referre cogimur ad solum Ionem, quum tamen de patre non minus quam de filio interficiendo sermo sit in praegressis. Ita saltem scribendum foret *εἰ γὰρ σὺ φείσει τῶνδε*. Qua re intellecta Badham, mutato *κείνων* in *κείνου* et *ἢ γὰρ* in *ἤτοι*, posita virgula post *δρᾶν*, vs. 845, nihil tale meritum, sciolo nescio cui tribuit; Creüsae enim nihil a Xutho ait timendum fuisse. Quod argumentum quam falsum sit aperte eo demonstratur, quod ab eodem paedagogo infra Creüsae (idque ante consilium de Ione necando) suadetur vs. 976.

848—9. „En versus vere spurios, quibus damnandis barbarum istud *θάτερον* pro *τὸν ἕτερον* solum sufficeret, sed et

δυστυχεῖν, postquam de caede loquutus est ineptissime additur, et tota oratio importune sententiosa est." BADHAM. Eiecto vs. 845 hanc crisin sibi facilem reddidit Badhamus, sic enim locus amplius non est Hermanni opinioni δυοῖν ἐχθροῖν et θατέρων neutro genere esse accipienda, ut poeta non loquatur de duobus hominibus sed de duabus quasi factionibus inimicis, quarum altera constet e patre et filio, altera e sola Creüsa. Quam sententiam an linguae ratio permittat, non dirimam, sed hoc video genuinum habentibus vs. 845 nullam aliam explicationem horum versuum relinqui, ita ut de θάτερον pro τὸν ἕτερον dicto ne sermo quidem esse possit. Reliqua vero eius argumenta, etsi rem non prorsus conficiant, sunt tamen eiusmodi ut vss. genuinos esse confirmare non ausim. Quare uncinos, quibus eos sepserunt Badham et Dindorf et Nauck, non removi.

852. τροφεῖα, ab Homero vocata θρέπτρα, sive θρεπτήρια. Cf. κόμιστρα, μήνυτρα, δίδακτρα, διδασκάλια, ὀπτήρια, ζωάγρια, σῶστρα, σωτήρια, μοιχάγρια, εὐαγγέλια, ἰατρεῖα, νικητήρια, ἐπινίκια, alia plura, in quibus sollennis est usus numeri pluralis. Alio sensu infra τροφεῖα usurpatum vs. 1493.

853. ζῶν τε φέγγος εἰσορᾶν. Cf. ad 720.

854 sq. Ad sententiam compara fr. 828 (Stob. 62, 39) πολλοῖσι δούλοις τοὔνομ' αἰσχρόν, ἡ δὲ φρὴν | τῶν οὐχὶ δούλων ἔστ' ἐλευθερωτέρα. Cf. fr. 514, 515, 950, Hel. 728 sqq., Soph. Trach. 63 sq. et fr. 677.

858. Cf. Soph. Aiac. 479 sq. El. 1320 sq. Eur. Or. 1144. Contraria est Iphigeniae sententia in Aul. vs. 1225 κακῶς ζῆν κρεῖσσον ἢ καλῶς θανεῖν.

859. ὦ ψυχά. Non raro sic apud tragicos animum homines suum compellant Cf. Soph. Trach. 1260, Phil. 713. Sic θυμέ Eur. Med. 1056, καρδία Or. 466, Hipp. 841, Iph. T. 344, Med. 1242, Alc. 840, cett. Notum est illud Archilochi θυμέ, θύμ' ἀμηχάνοισι πήμασιν κυκώμενε. κτέ.

860. σκοτίας εὐνάς. Cf. Troad. 44 σκότιον λέχος, ib. 252

σκότια νυμφευτήρια, Alc. 992 σκότιοι παῖδες. Reliqui tragici adiectivo non utuntur.

861. ἀπολειφθῶ, i. e. ἀπαλλαχθῶ. Contra Orest. 210 ἀπολειφθεὶς φρενῶν = στερηθείς.

862. ἐμπόδιον κώλυμα. Nota pleonasmum.

866. δὴ θέσθαι pro διαθέσθαι conieci *Verslagen* IV, 2 p. 186 sq., ubi simul Troad. 116 ἧς δὴ κεῖμαι pro ὡς διάκειμαι reponendum esse monui. A verbi enim διατιθέναι usu tragici prorsus abstinuisse videntur. De formula εὖ s. καλῶς τίθεσθαι (διατίθεσθαι ea in re Graecum quidem est, sed a poetarum usu alienum) vide quae ego scripsi ad Oed. Reg. 635 et Blomfield in gloss. ad Agam 32.

870. οὐ pro μὰ more Doriensium saepe tragici — πολύαστρον vocabulum alibi non lectum; sequiores interdum πολυάστερος adhibent.

873. Λίμνης — Τριτωνιάδος. Lucan. Pharsal. IX, 350 de Tritonis palude: Hanc et Pallas amat, patris quod vertice nata Terrarum primam Libyen (nam proxima polo est. Quod probat ipse calor) tetigit: stagnique quieta Vultus vidit aqua POSUITQUE IN MARGINE PLANTAS. Et se dilecta Tritonida dixit ab unda. Apoll. I, 3, § 16. BARNES. Herod. IV, 179. MUSGRAVE. Frustra Reiske et Duport coniecerunt πότναν ἄνασσαν, Kirchhoff ποτνιάνασσαν.

874. ἀπονησαμένη. Hesychius s. v. explicat ἀποσωρεύουσα. Correxit Valckenaar Diatr. 155. Male Scaliger ἀπονιψαμένη, paullo melius Barnes ἀποσεισαμένη coniecerant. (Nostro Helen. 1535 pro εἰς ἓν ἦν reddidi εἰσένη *Verslagen* IV, 2, 105 sq.). Non male comparaveris Aesch. Agam. 165 εἰ τὸ μάταν ἀπὸ φροντίδος ἄχθος χρὴ βαλεῖν ἐτητύμως. — ῥᾴων ἔσομαι. Haec formula (ῥᾴων γίγνομαι, εἰμι, proprie adhibetur de convalescentibus, quemadmodum apud Iones ῥηίζειν, apud Atticos ῥαΐζειν, sive potius ῥᾴζειν, (quam formam dialectus ratio postulare mihi videtur, ut nuper intellectum est λῄζομαι

non *ληίζομαι* pronuntiasse eosdem) ponitur pro *ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν ἐκ νόσου*; metaphorice eadem formula adhibetur pro *ἀνακουφίζεσθαι*. Cf. H. F. 1047, fr. 336, 4, Theopompus ap. Mein. II, 813, 5, Philippides ibid. IV, 10, 2.

876. Emendationem *κακοβουληθεῖσ'* iniuria tribuitur Badhamo. Debetur enim Barnesio.

881. Septichordis erat Apollinis lyra. Vide Callim. Hymn. in Delum 253 et quae ibi citat Spanhemius. MUSGR. Hom. Hymn. in Apoll. 131 sq. *Εἴη μοι κίθαρίς τε φίλη καὶ καμπύλα τόξα, | χρήσω δ' ἀνθρώποισι Διὸς νημερτέα βουλήν*. Apollinem in tripode sedentem cum testudine resonare septem callida nervis et arcu habet vas antiquum, quod repraesentatur *Dictionnaire des antiquités Grecques et Romaines*, sub voc. *Apollon*. Terpandrum primum introduxisse hanc citharam pro tetrachorda fama est. Iure tamen iam antiquitus dubitatum est, num genuinum sit quod ei tribuitur distichon: *Σοὶ δ' ἡμεῖς τετράγηρυν ἀποστέρξαντες ἀοιδὰν | ἑπτατόνῳ φόρμιγγι νέους κελαδήσομεν ὕμνους*. Cf. Strab. XIII, p. 618 et Clem. Alex. Strom. VI, p. 685 C.

882 sq. *ἀγραύλοις κέρασιν ἐν ἀψύχοις*, agrestibus cornibus inanimatis. Agrestia dici videntur, quia haec materies provenit a feris, inanimata, quia non amplius ut ante efficiunt animantium partem. Difficile autem dictu est, quae cornua h. l. sint intellegenda. Heath vel de plectro vel de testudinis concha interpretatur, Musgrave, ut videtur, de eo quod Graece dicitur *μαγάδις*, nostratibus *zangbodem*, citans Pollucem IV, 62 (cf. Ar. Ran. 233 sqq.), Hesych. i. v. *δόνακα* et Cic. de nat. deor. II, 59, quibus locis Badham addit Telestem apud Athen. p. 534. E grammaticorum tamen locis fere efficias hunc cornu usum fuisse recentiorem. Quapropter reiecta hac interpretatione intellegenda esse suspicor duo lyrae latera s. brachia, quae vulgo audiunt *ἀγκῶνες*, qui superne iunguntur *ζυγῷ*, inferne *μαγάδι* sive *ὑπολυρίῳ*, cui interpretationi forsitan faveat Sophocles in

Thamyride apud Plut. Mor. p. 455 D (fr. 232 a) ῥηγνὺς χρυσόδετον κέρας, | ῥηγνὺς ἁρμονίαν χορδοτόνου λύρας, ubi nescio an praestet: ῥηγνὺς (δ') ἁρμονίαν κτέ. Aliter rem egit Badham, cuius verba adscribam: „Sed de hac (Musgravii) interpretatione vehementer dubito: nam ἀψύχοις et ἀγραύλοις de tibiis aptius dicuntur, quas alibi θανούσης κῶλα νέβρου vocat [apud Plut. Mor. 1104 D, ubi tamen recte est αὐλούς, non κέρατα] et ἐν in ὑπολύριον non cadit [at cadit in κέρατα per synecdochen dicta pro ipsa lyra, cuius brachia sunt praecipui fines]. Quocirca ὅς τ' et ἀχεῖς conieci." Quam coniecturam ἕν, credo, ἐκτενεῖ ἔπος. Latonae enim filius citharoedus est, non tibicen. Cogita, velim, fabulam de Marsya. Ceterum metrum postulat — κεράεσσιν, quod coniecit Madvig, simul citra necessitatem requirens ἄγραυλος.

884. εὐαχήτους. Cf. Hipp. 1272. Alibi est εὐηχής.

885. πρὸς τάνδ' αὐγάν, ad hanc lucem. Med. 56 sq. ἵμερος μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας τύχας, ubi vide locos laudatos ab Elmsleio. Adscribam, quia imprimis huc faciunt, Ciceronis verba Tuscul. III, 26: Sunt autem — quos in luctu cum ipsa solitudine loqui saepe delectat, ut illa apud Ennium nutrix: Cupido cepit miseram nunc me proloqui Caelo atque terrae Medeai miserias. — Aliter Soph. Phil. 581 δεῖ δ' αὐτὸν λέγειν εἰς φῶς ὃ λέξει. Cf. Elect. 640.

887. χρυσῷ χαίταν μαρμαίρων. Est enim deus χρυσοκόμας, ut vocant noster Troad. 258 [adde Iph. T. 1236, Suppl. 975] Aristoph. Av. 216. Male Brodaeus interpretatur de fibula aurea comas revincienti. MUSGR. A lyricis vocatur χρυσοχαίτης. Verbum epicum μαρμαίρειν (unde μάρμαρος) praeterea legitur Aesch. Sept. 383, Eur. Iph. A. 1154. Cf. infra 1427. Ὀλύμπου μαρμαρόεσσαν αἴγλαν magnifice dixit Sophocles Antig. 610.

889 sq. Postulante metro vss. strophicorum transposuit Hartung, quem secutus simul admisi Musgravii emendatio-

nem ἀνθισμὸν pro ἀνθίζειν. Similiter flores carpentem Proserpinam Plutonem rapuisse nota est fabula, quam elegantissime descriptam ab Ovidio in Metamorph. pueri legimus. Eidem intentam negotio vel ludo se a Mercurio sublimem raptam esse queritur Helena in cognomine tragoedia 244 χλοερὰ δρεπομέναν ἔσω πέπλων ῥόδεα πέταλα. De puero flores carpenti suavissimum locum ex Hypsipyla nostri servavit Plutarchus Mor. p. 661 F (754 ap. Dind.): ἕτερον ἐφ' ἑτέρῳ (φάρεσιν?) αἰρόμενος | ἄγρευμ' ἀνθέων ἡδομένᾳ ψυχᾷ | τὸ νήπιον ἄπληστον ἔχων. — χρυσανταυγῆ, auri splendorem aemulantem, Musgravio interprete. Minus rara sunt ἀνταυγής et ἀνταυγεῖν, quo verbo Euripides utitur Orest. 1519, alibi.

895. ὁμευνάτας quod metri causa reposuit cum Hartungio Dindorf pro ὁμευνέτης, nimis incertae fidei est, quia simplicis vocabuli forma constans est εὐνέτης, iuxta εὐνάτωρ et εὐνατήρ (εὐνατεῖρα), neque εὐνήτης reperitur nisi apud Hesychium: εὐνήτης· ἀνήρ, ubi fortasse verior lectio est εὐνητήρ. Similiter ibidem ὁμευνήτου facile potest scribae σφάλμα esse pro ὁμευνέτου, quod malit Schmidt. Utut est, vs. antistrophici, sic scripti in libris μοι καὶ σὸς τλάμων, correctio Dindorfiana, quam ut dochmius exiret admisi, non ita certa est, ut ὁμευνέτας mutare audiam in aliud, quod incertum est an umquam exstiterit.

907. Dura est pronominis omissio, quod absorptum suspicor ultima litera vocabuli praecedentis.

908. Postulante metro dedi ὅστ', quod scriptum ὅς' cum ὅς, quod est in Palatino, confundi facile potuit. Quod in Florentino esse ὅς γ' suspicantur magis quam sciunt recepit Dindorf. Sed huius loci est qui, non quippe qui. Epicorum autem more tragicos in melicis (Aeschylum vel in dialogo) subinde ὅστε pro ὅς usurpare notum est.

912. εἰς οὖς καρύξω. Cf. 616 et 1521, Orest. 615, Hipp. 932, Andr. 1092, H. F. 1061, Soph. Ai. 149, El. 1437.

916. *γενέτας* hic et ap. Soph. O. R. 470, ubi vide adnotata, significat filius, alibi pater. — *ἀπευθής* Homerica vox, sic usurpata Od. *γ*, 88.

917. *συλαθείς*, *ἁρπαχθείς*.

918. *ἐξαλλάξας σπάργανα*, quod est in libris, vix potest simpliciter significare relictis fasciis, sed ita relictis, ut aliud pro eo vestimentum induatur. Hinc dudum suspicabar confusa esse ЄΞΑΛΛΑΞΑC et ЄΞΑΙΜΑΞΑC, *ἐξχιμάξας*, idque ipsum nunc video coniecisse Musgravium iniuria spretum a criticis. Deinde eidem et Heathio morem gessi corrigentibus *μισοῖ*, quod ipse me primum vidisse opinabar in *Stud. Crit. ad. p. sc. G.* pag. 34. Cf. Eurip. Orest. 130, 618.

920 sq. Dignus videtur, quem adscribam, pulcherrimus locus ap. Hom. hymn. Apoll. 115 sq.

εὖτ' ἐπὶ Δήλου ἔβαινε μογοστόκος Εἰλείθυια,
δὴ τότε τὴν τόκος εἷλε, μενοίνησεν δὲ τεκέσθαι,
ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε, γοῦνα δ' ἔρεισεν
λειμῶνι μαλακῷ· μείδησε δὲ γαῖ' ὑπένερθεν.

Cf. Iph. T. IIII, Hec. 457.

922. *Δίοισί σε καρποῖς.* Verba haud dubie corrupta, sed absque meliorum codicum subsidio emendationem vix sperandam puto. HEATH. Mirum est hunc vs. viris doctis corruptum visum est, ut de *δισσοῖσι* [quod sane absurdum] cogitarent. Sensus est *Διὸς ἐκκαρπουμένη*, ut supra 829. HERMANN. Ipsos liberos, quippe coniugii fructum, *καρπόν* dici posse intellego, sed quomodo ipsum commercium hoc nomine dici potuerit, non assequor. Ferrem igitur aut *Δίοισί σε λέκτροις* per matrimonium cum Iove, aut *Δῖον σέγε καρπόν*, te Iovis prolem. Kirchhoff coniecit *κάποις*, quod praeter lenitatem nulla re commendari videtur. Ferri posset, si sermo esset de Naxo (cf. Steph. Byz. i. v. *Δία*), non ubi agitur de Delo. Kirchhoffium fortasse movit obscurum Sophoclis fragmentum ex Ione (298 A) ap. Stob.

CIII, 10: *ἐν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι μόνον* (cod A. *μοῦνον*) *εὐδαίμονας ὄλβους*. In hymn. Apoll. 91 obiter vide an corrigendum sit: *Λητὼ δ' ἐννῆμάρ τε καὶ ἐννέα νύκτας ἀπλήτοις* (pro *ἀέλπτοις*) *ὠδίνεσσι πέπαρτο*.

924. *θησαυρὸς — κακῶν* improprie dictum, quum proprie bonis de rebus dici soleat. Sic Philemon (?) quoque ap. Mein. IV, p. 57, 2 *μεγάλων κακῶν θήσαυρος ἐξορύσσεται*. Plautus Mercat. 164: tu quidem thensaurum huc mi adportavisti mali. Cf. Mostell. 865 (ed. R.), Asin. II. 2, 11, Poen. III, 3, 12, Pseud. I, 1, 82, Curcul. V, 2, 76. Ex quo Plautino vocabuli usu suspiceris, frequenter a novae comoediae poetis sic usurpatum esse. Contra dicitur *κακῶν πέλαγος*, *κλύδων*, *Ἰλιάς*, *βάθος*, *σωρός*, alia.

925. *ἔξω δ' ἐγενόμην γνώμης*. Sic *ἐξέστην φρενῶν* Or. 1021, Bacch. 359, *γνώμης ἐξέσταν* Iph. A. 136. — *ὑπεξαντλῶν — αἴρει μ'*. Anacoluthia apud antiquiores Graecos non ita rara. Cf. Aesch. Prom. 569, Eur. Hec. 970; Iph. T. 947 et 695, Hippol. 23 et 1120, Cycl. 330, Iph. A. 491, Med. 595 et 1109, ib. 58 et 744, ubi vide Elmsleium, Fragm. 415, Helen. 299 sq., ubi tamen cum Hartungio pro *μ' ἐλθεῖν* scripserim *μολεῖν*, Matth. Gr. Gr. 556, not. 3. *Σολοικοφανῆ* talem structuram vocant Grammatici. Haec loca omnia sana esse non contendo. — *Ὑπεξαντλεῖν* hoc unico loco legitur. Alibi saepe noster adhibuit simplex *ἐξαντλεῖν*, exanclare. Metaphora hic sumta a navigatione de nave, quam, ubi vix feliciter superavit fluctum surgentem a prora, alius a puppi oriens tollit et obruere minatur [1]). Itaque, si nihil a scribis peccatum, *ὑπεξαντλεῖν* dictum videtur, ut alibi *ἐξαντλεῖν πόνον*, *δαίμονα*, *βίον*, *γόους*, de perferenda ac sustinenda vi, qua fluctus irruit. Non

1) Wecklein, *Stud. z. Eur.* p. 401, pro *αἴρει* coni. *ἄρδει*. At parum aptum videtur hoc verbum, quippe cui notio inhaereat rei gratae, desideratae, utilis, nec simpliciter usurpetur pro *βρέχειν* s. *τέγγειν*.

tamen miror suspectum vocabulum fuisse Reiskio, qui coniecit ὑπεξάγων, quod dictum vult pro ὑπεκφυγών. Qui etsi mihi non persuadet, fateor tamen me non expedire vim praepositionis. Ceterum cf. Troad. 102 πλεῖ κατὰ πορθμὸν, πλεῖ κατὰ δαίμονα, | μηδὲ προσίστη πρῷραν βιότου | πρὸς κῦμα πλέουσα τύχαισι. Fragm. 232: οὐ γὰρ ὑπερθεῖν κύματος ἄκραν δυνάμεσθ' κτέ. Metaphorice κῦμα et χείμων de fortunae impetu usurpari notum est. Aiac. 351 ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης ἀμφίδρομον κυκλεῖται, Alc. 92 εἴ γὰρ μετακύμιος ἄτας, ὦ Παιάν, φανείης, Med. 362 κλύδωνα κακῶν, Hipp. 767 χαλεπᾷ δ' ὑπέραντλος οὖσα ξυμφορᾷ, Ib. 822 κακῶν πέλαγος — κῦμα συμφορᾶς, Aesch. Sept. 758.

928. οὓς ἐκβαλοῦσα. Quid sit ἐκβάλλειν, ῥίπτειν, ἐκρίπτειν λόγον, ἔπος, ῥῆμα nemo Graece paullo doctior docendus est (tirones videant ad 959), sed nihil ea scientia prodest huius loci interpreti, si quidem neque qui sequitur Genetivus τῶν παρεστώτων κακῶν expediri potest, neque ulla tolerabilis exculpi sententia. Quod enim Matthiae iungebat οὓς (λόγους) τῶν παρεστώτων κακῶν pro περὶ τῶν π. κ. scilicet, id ferri posse nemini persuasit. Nam ita poeta procul dubio scripsisset: οὓς ἐκβαλοῦσα τῶν παρεστώτων πέρι | μετῆλθες κτέ. Speciem habet quod coniecit Kirchhoff ὥς μ' ἐκκαλοῦσα τῶν κτέ., nec tamen verbum satis aptum videtur. Fieri potest ut ἐκβάλλειν hic significet digredi, quia ἐκβολή ap. Thuc. I, 79 et alibi est digressio. Ita nil mutandum foret nisi οὓς in ὡς vel οἷς (sc. λόγοις), hac sententia: quoniam (vel quibus), digressa a praesentibus malis, aliarum calamitatum novas vias persecuta es.

931. Parum eleganter compositum vs. notavit Elmsley ad Iph. T. 1502 et ad Bacch. 192, 938. HERMANN. τίνα λόγον ponitur pro simplici τί. Scaliger τί δ' ἄλογον; sed praestat vulgata. MUSGR. Notum est substantiva λόγος, ἔπος, μῦθος frequenter indicare non tam ipsum sermonem quam sermonis argumentum, rem de qua sermo est. Exempla prostant ubique.

932. πόλεως. Wecklein malit χθονός, quod sane aptius videri possit. Contra Soph. El. 382 pro χθονός cum Nauckio praetulerim πόλεως. Pro θεῖναι autem reponere ἐκθεῖναι cum Dobreo vel idcirco necessarium, quod illud usurpatur pro θάψαι.

933. θηρσὶν — τύμβευμα. Τύμβευμα hic pro θοίνη, ut ταφῆς pro κύνες Soph. El. 1487: ἀλλ' ὡς τάχιστα κτεῖνε, καὶ κτανὼν πρόθες | ταφεῦσιν, ὧν τόνδ' εἰκός ἐστι τυγχάνειν. Cf. Aesch. Sept. 1020 sqq. Lycophro: ἃ σάρκα μιστύλλασ' ἐτύμβευσεν τάφῳ. Commentarius: ἔθαψεν ἐν τῷ τάφῳ συμβολικῶς ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ἔφαγε. Sic docte Brodaeus, qui tamen addidit coniecturam θοίναμα, quae placuit multis, Nauckio ita, ut iterum proponeret. Ego, etsi sic scriptum mallem, tamen τύμβευμα genuinum crediderim, quia doctior scriptura videtur quam a librario exspectes. Aldina lectio θύμβευμα quin merum sit σφάλμα pro τύμβευμα, non dubito. Byron *the Bride of Abydos* II, 26: What recks it, though that corse shall lie | within a living grave? | The bird that tears that prostrate form | hath only robb'd the meaner worm; cett. Adde locos congestos a Blaydesio ad El. l. l.

ἄνελθέ μοι πάλιν proprie: redi mihi (huc), i. e. iteradum eadem istaec mihi, ut dixit Pacuvius ap. Cic. ad Att. XIV, 14, 1, Acad. pr. II, 27, 88. Phoen. 1207: ἀλλ' ἄνελθέ μοι πάλιν, τί τἀπὶ τούτοις παῖδ' ἐμὼ δρασείετον.

935. ὡς — γ', quippe. Cf. 937, Eur. Med. 1278, Ar. Eccl. 838, Oed. C. 45 cett. (Aliud est ὥς γ'. Cf. v. c. Alc. 801). In hac formula, ut in ἀλλά — γε, εἴ — γε, οὐ — γε, οὐ δήπου — γε, καὶ μήν — γε, οὐ μήν — γε, ἀλλὰ μήν — γε, καίτοι — γε, μέντοι — γε, aliis, vocula γε apud Atticos semper uno saltem vocabulo interposito seiungitur, in interrogativo ἆρά γε semper coniungitur. Formulam ὡς γε nostro reddidi Alcest. 197 *Verslagen* IV, 2, p. 159. Neminem fallet particulae vis in hac mea coniectura, Electr. 1059 legendum esse: τί τοὺς ἄνωθεν φρονίμοι γ' ἄνους

οἰωνοὺς κτἑ. pro φρονιμωτάτους: Cur nos, qui quidem ratione praediti simus, rationis expertes aves cum videmus alere parentes suos, non facimus idem?

937. Vs. ex 11, 13 fictum damnat ipsa stichomythiae ratio, et falsum est, ut recte animadvertit Badham, Cecropiae rupis specus Macras appellari.

940. Fr. 688, 4 πρὶν ἐξ ἐμοῦ σοι θῶπ' ἀπαντῆσαι λόγον.

943. Recepi Lud. Dindorfii emendationem pro φαίημεν, quam formam ab antiquo sermone alienam esse constat. Lenius quidem Heath φαίην μὲν ἄν, sed incommoda particula μέν.

947. Valckenaar ad Phoen. 856 reponit 'μόχθεις, quamquam praecedente verbo temporis praesentis ferri potest vulgata. HEATH.

950. Observa breviloquentiam. Hoc enim vult: puer, ubi sit, investigandus est, ne amplius liberis tu careas.

953. Αἵδου δ' ἐν δόμοις παιδεύεται. Similia apud tragicos non rara sunt, velut Iph. A. 461 Ἅιδης νιν, ὡς ἔοικε, νυμφεύσει, Orest. 1109 ᾅδην νυμφίον κεκτημένη, ib. 1522 et 1534, Soph. Antig. 654, 1205. Παιδεύεται est agit pueritiam, ut παρθενεύεται Hel. 290. Badham cft. Iph. T. 206 στερρὰν παιδείαν.

954. οὐ γὰρ δὴ — γε. Huius formulae exempla leguntur Soph. O. C. 265, Phil. 246, Elect. 1020. Omissa vocula δή Eur. Hipp. 719, Iph. T. 1049, Bacch. 501, Cycl. 250, Heracl. 151, 385, 1176, El. 517, 1237. ELMSL. ad O. C. 110.

955. ἐν ὄρφνῃ. Rhes. 69, 587, δι' ὄρφνης Rhes. 697, 774, ἀν' ὄρφναν Rhes. 42, κατ' ὄρφναν Rhes. 570, 678, Troad. 1072 — ὀρφναία νύξ Or. 1225, Suppl. 994. Aeschylus et Sophocles substantivo non utuntur, adiectivum ille habet Agam. 21.

957. τὸ λανθάνειν absurde dicitur συνειδέναι. Totus versus est perobscurus. In αἱ ξυμφοραί γε vix dubito, quin lateat adiect. ἀξύμφορος, sed reliqua emendatio incertior.

Possis v. c. ἀξύμφορ' εἰπεῖν, εἴ τι λανθάνειν θέλεις. Alii fortasse continget absolvere quod incohavi.

959. ἐκβαλοῦσ' ἔπη. Cf. Troad. 1186, Aesch. Cho. 42, Eum. 774, Soph. El. 569, Herod. VI, 69. Plat. Rep. V, p. 473 E, Hom. Il. Σ 324 cett.

961 sqq. Condonandum hoc materno amori erat, si puer modo in lucem editus et palpitans manus porrigere matri videretur. Sed quod senex respondet terque quaterque ineptum est: primo quod haec omnino non quadrant in puerum modo natum, secundo propter distinctionem, quae nihil ad rem facit, tertio quod tota quaestio inutilis est, quarto quod aperte non alia de causa hoc quaerere senem poeta fecit, quam ut respondere posset Creüsa, quod eam respondere ipsi placuit. Hermann. Quod ultimo loco dixit, negari non potest id interdum usu venire apud tragicos imprimis apud nostrum (cf. infra 1016), saepius autem apud comicos poetas, ubi non raro inanis vel subinepta fit quaestio non alia de causa, quam ut interlocutor aliquid iocosi respondere possit.

964. ὡς τί. Cf. ad 525. — δόξ' εἰσῆλθεν, ut δόξα παρίσταται Rhes. 780, cum Dativo Cycl. 410 εἰσῆλθέ μοί τι θεῖον, sed plerumque εἰσιέναι hac potestate habet Accusativum. Cf. infra 1023, Iph. A. 492, 522, 1374, 1411, Med. 931. — ἐκβαλεῖν = ἐκθεῖναι. Cf. ad 555 supra.

966. χειμάζεται, agitatur ceu procella. Cf. Hipp. 315, Suppl. 269, Soph. O. R. 101, Ant. 390, Phil. 1460. Frequens metaphora. Vide Soph. Phil. 1194, O. C. 1241, Aesch. Ag. 819 ἄτης θύελλαι, nisi θυηλαί scribendum cum Hermanno, Prom. 647 θεόσσυτον χειμῶνα, ibid. 1046 χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία, Choeph. 199 οἵοισιν ἐν χειμῶσι ναυτίλων δίκην στροβούμεθα, Eur. Suppl. 962 πνευμάτων ὕπο δυσχείμων ἀΐσσω.

967. κρᾶτα κρύψας, i. e. ἐγκαλυψάμενος. Hipp. 243 πάλιν μου κρύψον κεφαλάν, ib. 1485 κρύψον μου πρόσωπον πέπλοις. Cf. I. T. 1217, Heracl. 561, 604.

968. Librorum scripturam quamvis depravatam reliqui, quia de emendatione non satis constat. Badham coniecit: *σὲ καὶ πάτραν σὴν δυστυχοῦσαν*, ego olim *οἶκον πατρῷον δυστυχοῦντά γ' εἰσορῶν*. Utramque coniecturam memoravit Nauck.

969. *οὐδὲν ἐν ταὐτῷ μένει*, nil manet in eodem statu, omnia fluxa sunt. Eadem verba leguntur in corrupto loco Sophoclis (fr. 93). In querendo de fortunae inconstantia multi sunt omnes omnium aetatum poetae. Ex nostro compares infra 1513, Hec. 846, Hel. 711 sqq., Troad. 1118 sq., 1203 sqq. et quae notavi ad O. R. 977 sq.

970. *οἴκτων — ἀντεχώμεθα*, in lamentis perseveremus.

973. *τὰ κρείσσω*. Cf. supra ad 254. — *ὑπερδράμω*, i. e. *νικήσω*. Cf. Troad. 930, Hel. 1524. Multa verba cum eadem praepositione composita eandem habent notionem metaphoricam, velut *ὑπερβαίνειν*, — *θεῖν*, — *πηδᾶν*, — *αἴρειν*, — *φέρειν*, — *βάλλειν*, — *ακοντίζειν*.

981. *στείλαιμ' ἄν*. Sic correxi *Verslagen* IV, 2, p. 187 sq. „Hoc eodem redit" ita scribebam „ac si Creüsa respondisset *ὁπλίσαιμ' ἄν*, sed Euripides, ut bonum poetam decebat, alio verbo usus variavit orationem, prorsus ut 326 sq. *κοσμούμεθα* respondet praegresso *ἤσκησαι*, et 363 sq. idem significant *κάμνει* et *νοσεῖ*." Nauck parum feliciter *θέλοιμ' ἄν* proposuit.

982. *ἱεραῖσιν ἐν σκηναῖσιν*. Cf. 806. *θοινᾷ* = *δαίνυσι*, *δειπνίζει*. Verbum adhibet, idque crebro, solus tragicorum Euripides, sed hic tantum forma activa. Sophocles ne substantivis quidem *θοίνη* et *θοινατήρ* usus est, Aeschylus utroque, Euripidea sunt *θοίνη*, *θοίναμα*, *θοινάτωρ*, *θοινατήριον*. Apud Alcmanem est *Φοίνα*, quem Aeolismum esse, non Dorismum, recte contendit Ahrens de dial. Dorica.

983. *τὸ δοῦλον ἀσθενές*. Orest. 1113 *οὐδὲν τὸ δοῦλον πρὸς τὸ μὴ δοῦλον γένος*. Nec mirum, *ἥμισυ γὰρ ἀρετῆς*, ut est apud Homerum *ἀποαίνυται εὐρυόπα Ζεύς | ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν*. Ipsa servitus homines perfidos facit

atque ignavos. Adde quod plerumque erant barbari, quos vilipendere solebat Graecorum φρόνημα.

984. Libri οἴμοι κακίζει, timida es. Cf. Electr. 982, Med. 1246. Sed „nullum indicium pavoris, ait Badham, in Creüsae verbis reperias; plane autem ridiculum est ab eo, quem ut pavidum incusaveris, consilium quaerere. Et quid hic sibi vult σὺ, ubi et praecedens membrum ab eadem secunda persona regitur, et nulla alia persona innuitur cui possit opponi? Cf. 1013 καὶ σὺ γὰρ τοὐμὸν ψέγεις." Habet haec emendatio omnes numeros veritatis. — κακίζεις (proprie = κακὸν λέγεις), μέμφει, ψέγεις.

988. Φλέγρα πόλις Θρᾴκης, ἣν Εὔδοξος μετὰ ταῦτα Παλλήνην φησὶ κληθῆναι — Steph. Byz. s. v. BARNES. — μάχην — ἔστησαν, dictum ut ἱστάναι βοήν Hec. 129, 656, ἰαχὰν Iph. A. 1039, κραυγὴν Orest. 1529, χοροὺς Iph. A. 676, ἐλπίδα ib. 789, μηχανὴν Rhes. 578, pro βοᾶν, κραυγάζειν, χορεύειν, ἐλπίζειν, μηχανᾶσθαι. — Γίγαντες. De Gigantomachia cf. Apollod. I, 6, 1, 2, de Phlegra Schol. Hom. Il. VIII. 479, Paus. VIII, 29, 2, Pind. Nem. I, 67, Strab. p. 245, 281, 330. Vide supra ad 206 sqq.

989. Γοργόν' ἔτεκε Γῆ. Unam memorat h. l. Gorgonem poeta, secutus Homerum. Cf. Il. V, 741, VIII, 349, XI, 36, Od. XI, 633. Secundum Hesiodum Theog. 278 tres erant sorores, Phorcydis et Cetus filiae, unde Φορκίδες audiunt, quibus nomina Σθεινώ, Εὐρυάλη et Μέδουσα. Auctore Euripide in sqq. ex eius cute fabricata est aegis, i. e. pectoris tegumentum, quale saepe conspicitur in monumentis antiquis. Musgrave conferri iubet Servium ad Aen. VIII, p. 435: Aegis proprie est munimentum pectoris aeneum habens in medio Gorgonis caput et Ovid. Metam. VI, 78 defenditur aegide pectus. De aegide variisque eius formis videatur Dictionnaire des antiquités Grecques et Romaines pag. 101 sqq.

993. θώρακ' ἐχίδνης περιβόλοις ὡπλισμένον. In-

terpretantur thoracem spiris viperae armatum. At nec περίβολος, nec περιβολή, nec περιβόλαιον sic usurpata reperiuntur. Aliam interpretationem suadet vs. 1423 κεκρασπέδωται δ' ὄφεσιν αἰγίδος τρόπον, unde suspiceris περίβολος esse septum (cf. Hel. 1530). At ita necessarium foret ἐχιδνῶν. An servato ἐχίδνης (= Gorgonis) περιβόλοις interpretari licet quasi περιβολαίοις, metaphorice dicto pro δέρει, ut supra 995? At hoc obstat, quod ita dicitur nihil novi. Quo igitur me vertam nescio in interpretanda librorum lectione, nec probabili coniectura difficultatem expedire possum. Fortasse hos vss., quos huc transposuit Kirchhoff, sciolus a se fictos invexit. Ita simul liberaremur parum apta Paedagogi quaestione, qui Athenis vivens aegis qualis esset ignorare non potuit.

999. οἶσθ' ἢ οὔ edidi cum Nauckio et Badhamo. Dindorf in Adn. Oxon. restituit οἶσθας, de quo vere praecepit Photius οἶσθα· ἀντὶ τοῦ οἶδας· λέγεται δὲ χωρὶς τοῦ σ, μετὰ δὲ τοῦ σ ποτε ἢ διὰ τὸ μέτρον ἢ διὰ τὸ μὴ συγκροῦσαι φωνήεντα cett. De hac forma, quam non meram barbariem Badham vocare debuerat, cf. Nauck *Eurip. Studien* II, p. 81. Photius sua habet e locuplete auctore Aelio Dionysio ap. Eustath. p. 1773, 20. Cf. Naber ad Phot. — τί δ' οὐ μέλλεις; ut vernaculos sermone in tali sententia dicimus *hoe zoudt ge niet?* qui usus in pedestri sermone frequentior, quam apud tragicos. Soph. Ant. 448 ᾔδη· τί δ' οὐκ ἔμελλον; ἐμφανῆ γὰρ ἦν.

1002. μέλλον — ἔπος tardum, cunctabundum verbum. Credo scribendum μέλλεις γάρ τι προσφέρειν ἔπος. Barnes. Malim sensu non admodum diverso μιλλόν, i. e. tardum. Hesych. μιλλός, βραδύς. Musgr. Si lectio sana, existimandus est paedagogus, morae impatiens, secum non reputare vix citius potuisse rem significari a Creüsa; sin minus, fortasse poetae manus haec fuit: τί χρῆμ'; ἄδηλον (s. ἄσημον) γ. τ. πρ. ἔπος; quidnam? non enim intellego quid dicas. Hipp. 346 οὐ μάντις εἰμὶ τἀφανῆ

γνῶναι σαφῶς. Cf. Hec. 743, 761 (quo male tuereris vulgatam), 1003, Alc. 522, Hippol. 92, Orest. 1333. Nihil tamen mutare ausim.

1005. ἀκεσφόρος alibi non lectum apud antiquiores.

1006. Construe: καθάψασα σώματος ἀμφὶ παιδί. Male Heath iungi iussit ἐν τῷ σώματος (sc. μέρει). Frustra sanissimum locum coniecturis vexarunt Musgrave et Reiske.

1009. καί — γε, adeoque. — φορῶ pro φέρω correxi *Verslagen* IV, 2, p. 188. Cf. 1016.

1010. πῶς — κέκρανται, quomodo comparatum est, in quem usum destinatum. Inde suspensus est Infinitivus χρῆσθαι 1012. Cf. 1430.

1012. ἐκφέρει. Cf. 1352.

1014. ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸς ὄν. Musgrave comparavit Helen. 409 πολλοὺς ἀριθμοὺς — ναυαγίων pro πολλὰ ναυάγια. Suspecta tamen lectio fuit Nauckio, qui coniecit ὁ δεύτερος δ' ἀριθμὸν ὤν. Ingeniosam Weckleini coniecturam δὲ θρόμβος notavi in margine. Nunc idem *Stud. z. Eur.* p. 400 praefert γὰρ θρόμβος. Fortasse idem vocabulum restituendum in Phaethontis fragm. 781, 6 οὐ θᾶσσον; ΟΥΣΜΟΛΓΟΝ ἐξομόρξετε, | εἴ που τίς ἐστιν αἵματος χάμαι πεσών; si re vera sic scriptum exstat in codice lectu difficillimo. Aptissimum certe foret: οὐχὶ θρόμβον ἐξομόρξετε κτἑ. Nihili est quod reposuit Hermann οὐκ ἀμολγόν. Θρόμβος est grumus; sanguis concretus. Cf. Aesch. Cho. 523, 546, Eum. 164 (ubi codd. θρόνος, correctum a Wakefieldo), 184. Unde θρομβώδεις ἀφροί Soph. Trach. 712.

1015. τῶν Γοργόνος. Wecklein l. l. mavult ἐκ. Cur?

1017. συμμίγνυνται libri. Contrarium verum est in rerum natura. Quare συμμικτέον vel συμμικτέα proposui *Verslagen* IV, 2 p. 188. Fragm. 21 οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακά, | ἀλλ' ἐστί τις σύγκρασις.

1018. ὁ κτείνων ἔσει. Aut sic Graeci loquuntur aut εἶ ὁ κτενῶν, non ἔσει ὁ κτενῶν. Hinc corrige Soph. Phil. 1242.

1020. Vergil. Aen. I, 77 cft. Victorius Var. Lect. 29, 4.

1025. μητρυιάς. Cf. infra 1329 sq., Alc. 306, 310 fr. 821, vs. 4 πέφυκε γάρ πως παισὶ πολέμιος γυνὴ | τοῖς πρόσθεν ἡ ζυγεῖσα δευτέρα πατρί. — Isaeus fragm. I § 5 εἰώθασι δέ πως ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ διαφέρεσθαι ἀλλήλαις αἵ τε μητρυιαὶ καὶ αἱ πρόγονοι. Pulchre Aesch. Prom. 729 τραχεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος | ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν. Sic novercale odium apud Latinos.

1027. προλάζυμαι = προλαμβάνω hic tantum legitur. Saepe simplici noster utitur, reliqui tragici neque hoc nec compositis. Ἀπολάζυσθαι est Hel. 917, ἀντιλάζυσθαι Orest 751, alibi, ἐπιλάζυσθαι Andr. 249, προσλάζυσθαι Hec. 64.

1028. γνοῦσα pro σόν γε correxi *Verslagen* IV, 1, p. 100, mutato in virgulam puncto post φόνους, quod operarum errore remansit. Sententia: et ubi (nam pergit in instituta oratione) latebit maritum tuum te comperisse, quae ut te lateant studet, nempe olim rem se habuisse cum alia muliere, et natum esse ex illa consuetudine filium. Nam si caedis convicta foret (quod Athenis si Ionem interfecisset, non poterat non fieri), eo ipso erat apparitnrum, Creüsam rem rescivisse. Librorum lectio prorsus absurda est.

1029. οἶσθ' — ὃ δρᾶσον. Cf. Porson ad Hec. 225 et Elmsley ad O. R. 543 meamque ad eundem locum adnot. Med. 600 recte Elmsley οἶσθ' ὡς μετεῦξαι pro μετεύξει. Reliquum locum correxit Cobet V. L p. 572 (ed. II).

1030. χρύσωμ'. Quaecumque ex auro conficiuntur vascula vel alia, χρυσώματα vocantur. Vid. Pollux VII, 103, X, 174. MUSGR. Cf. ἀργυρώματα, χαλκώματα, σιδηρώματα.

1036. Cur pro δεσπόζειν Dindorf malit δεσπόσειν, vellem significasset.

1039. μέθες πόδα insolenter dictum. Vulgo dicitur πόδα τιθέναι, αἴρειν, ἱστάναι, καθιστάναι, μεθιστάναι, sed neque ἱέναι neque ἀφιέναι ueque μεθιέναι πόδα usquam legere

me memini. Soph. El. 1278 in depravato μεθέσθαι latere puto μεγίσταν.

1040. ἐφ' ᾧ τετάγμεθ'. Cf. fr. 94, 2, Ar. Av. 631, cett.

1041. ὦ γεραιὲ πούς, ut Troad. 1275, ὦ τλάμων πούς ἄγησαί μοι, Hec. 171. Cf. Soph. Phil. 786, 1188. Sic brachium suum compellat Iolaus Heracl. 740 sqq.

1042. τῷ χρόνῳ = τῷ γήραι, ut saepe apud tragicos.

1045 sqq. Cf. nobilissima sententia Phoen. 528 sq. Medea sese vocat βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ. Plerique Graeci parebant praecepto, quod iure damnavit Christianorum religio: τοὺς μὲν φίλους ὡς πλεῖστ' ἀγαθὰ, τοὺς δ' ἐχθροὺς ὡς πλεῖστα κακὰ ποιεῖν. Cf. v. c. Plat. Rep. I cap. 7. — Alterum veneficii exemplum apud tragicos est in nostri Medea, ubi chorus Medeam a scelere dehortatur (Med. 811 sqq.), dum hic eius incepto favet; tertium, sed involuntarium, in Trachiniis.

1048. εἰνοδία — νυκτιπόλων. Hel. 570 νυκτίφαντον πρόπολον ἐνοδίας. Sic dicta dea est ab cultu in triviis, ut Trivia apud Latinos. Cf. Antig. 1199, Soph. fr. 480, 2. Hecaten veneficiis praeesse notum est, unde suam dominam eam invocat Medea 397 μὰ τὴν δέσποιναν Ἑκάτην. Appellatur φωσφόρος Hel. 569, apud Eurip. hic est Cereris filia, apud Aeschylum eadem quae Diana Suppl. 676: Ἄρτεμιν δ' Ἑκάταν γυναικῶν λέχους ἐφορεύειν. Musgrave citat auctorem περὶ τῆς ἱερῆς νούσου sic scribentem: ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται καὶ φόβοι καὶ παράνοιαι καὶ ἀναπηδήσεις ἐκ τῆς κλίνης καὶ φόβητρα καὶ φεύξιες ἔξω Ἑκάτης φασὶν εἶναι ἐπιβουλὰς καὶ ἡρώων ἐφόδους κτέ. — νυκτιπόλων (cf. 718) = νυκτερῶν. — μεθαμερίων et quod mox sequitur δυσθανάτων alibi apud tragicos non fiunt obviam.

1055. Transpositio fit epithetorum pro Γοργοῦς λαιμοτόμου ἀπὸ σταλαγμῶν, ut Phoen. 458 est τὸ λαιμότμητον κάρα Γοργόνος. El. 459 Περσέα λαιμοτόμον (transit.). Alcest. 1121 recte olim emendatum est a Lobeckio ad Aiac. p. 354 Γοργόν' ὡς καρατομῶν pro καρατόμῳ.

1058. ἄλλων ἀπ' οἴκων. Mox vide 1073. Cf. Hipp. 756 ὀλβίων ἀπ' οἴκων, Dan. fr. λεπτῶν ἀπ' οἴκων. — Versus ex eo genere est quod vocant περικοπὴν μεσῳδικήν. Cf. CHRIST, *Metr.* pag. 145.

1060. εὐγενετᾶν. Cf. Phoen. 1510, Androm. 771. Solus Euripides adhibet, idque in melicis tantum, pro εὐγενής [1]. Substantivo epico γενετή tragici prorsus abstinuerunt. — Ἐρεχθειδᾶν. Hic et supra 1058 manifesto sunt ipsi Erechthei posteri. Alibi non raro apud tragicos sic dicuntur universus populus Atheniensium. Teste tamen Herodoto VIII, 44 hi primum Pelasgi dicti, tum Cranai, deinde Cecropidae, regnante Erechtheo vocati sunt Athenienses, tandemque ab Ione, Xuthi filio, Iones.

1064 in libris ita corruptus, ut verba partim e mea, partim e Kockii (*Veri-sim.*, p. 239 sq.) coniectura constituerim. Prius videamus de verbis ἢ θηκτὸν ξίφος ὁ δαίμων ἐξάψειν βρόχον ἀμφὶ δερήν, in quibus primum certa coniectura Reiske ἢ 'ξάψει et Wakefield δειρήν restituerunt, deinde Scaliger speciosa, sed falsa, emendatione pro δαίμων reposuit λαιμῶν, tandem Hartung non rectius εἰς λαιμούς pro ὁ δαίμων. Ita enim deerat verbum necessarium, quod se Kirchhoff repperisse putavit suspicando ἢ θηκτὸν ξίφος ὤσει λαιμῶν ἢ 'ξάψει, quod tamen facere non permittebat ei metrum vs. strophici (1050), ubi propterea a fine addi iussit σῶν. Meliorem tandem viam iniit Kock, qui si non certa, attamen valde probabili, coniectura, in quam et ipse incideram, dedit quod vides hoc sensu: aut acuet ei (Creüsae) ensem daemon, i. e. desperatio (cl. Soph. Ai. 504), aut aptabit laqueum circa collum. Iam videamus de praegressis, sic scriptis in Palatino: ὦ νῦν ἐλπὶς φέρετ', ita vero in ceteris: ἄτε vel ἄτε νῦν φέρετ' ἐλπίς, unde vulgo ex Scaligeriana correctione legitur ᾇ τε νῦν κτέ.

1) Od. VI, 185: χάρματα δ' εὐμενέτῃσι· κτέ. An εὐμενέεσσι?

Corruptelam praeter sententiam arguit elisa contra tragicorum legem diphthongus. Quare Badham proposuit ᾧ νῦν ἐλπίς ἐφαίνετ', Nauck autem edidit οὗ νυν ἐλπὶς ἐφαίνετ'. In utraque lectione aptum non est Imperfectum, in illa metrum non respondet vs. strophico 1050, cuius secunda syllaba brevis est, in hac νυν male positum pro necessario νῦν temporali, quod vocalem corripere nequit. Haec vitia me coegerunt, ut paullo longius discederem a libri Palatini scriptura reponens ὅσπερ ἐλπίδ' ἔφηνεν, quae refero ad sequens δαίμων. Voculam νῦν interpretandi causa olim superscriptam esse suspicor. Nota est verborum φέρειν et φαίνειν confusio. Utrumque necis genus coniungitur Androm. 811 sqq., Phoen. 331 sqq., Orest. 1036, alibi. Praeterea cf. Phoen. 68, Med. 40, 379, Rhes. 669, Hipp. 768, Alc. 230 (ubi malim ἀρτανίῳ pro οὐρανίῳ), 779, 784, Troad. 1012 sqq. Eleganter Soph. Ai. 820 σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής.

1067. ἄλλας βιότου μορφάς recte de morte intellexerunt. Hermann comparavit Med. 1039 ἐς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες βίου, ubi Schol. ἄλλου βίου λέγει, τοῦ κατὰ τὸν Ἅιδην κτέ. et Valckenarium laudavit Diatr. p. 54 sqq. Cf. Hippol. 196. Sententia non mira ab illo cuius sunt nota illa verba, ab Aristophane (cuius iudicio de Euripide paene nimium hodie tribuunt plerique eruditi) irrisa, fr. 830: τίς δ' οἶδεν εἰ ζῆν τοῦθ' ὃ κέκληται θανεῖν, τὸ ζῆν δὲ θνήσκειν ἐστίν; κτέ. et pulcherrimus locus fr. 836, cuius ultimos vss. ascribam: θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γιγνομένων, | διακρινόμενον δ' ἄλλο πρὸς ἄλλου | μορφὴν ἑτέραν ἐπέδειξεν.

1069. γ' ἑτέρους. Praeter Nauckii coniecturam πατρίων alia est nuper proposita a Kockio *Veri sim.* p. 191 neutiquam verisimilis. Coniecit enim σφετέρων pro γ' ἑτέρους, locos afferens, quorum nullus huc pertinet praeter Aesch. Pers. 900 καὶ τὰς εὐκτεάνους κατὰ κλῆρον Ἰαόνιον πολυάνδρους Ἑλλάνων ἐκράτυνε (Herm. ἐκράτει) σφετέραις φρεσίν, ubi Dindorf de Hermanni coniectura loquens in adnot.

caute addidit: si recte habet σφετέραις. Non recte habere, sed soloecum esse σφέτερος ad unum tantum hominem relatum habeo persuasissimum, (haud ineptum foret ἐκράτυνε σοφαῖς φρεσίν) nec quidquam probant exempla laudata a Krügero Gr. Gr. 58, 4, 3, quem Kock allegat [1]). Mihi venit in mentem οὐ γὰρ δόμων ἐφορῶσ'.

1071. φαενναῖς. Haec forma vocabuli tragicis est propria, φαεινός epicis. — ὀμμάτων αὐγαῖς, ut H. T. 123, Phoen. 1577, Soph. Ai. 70. Simile est Hecub. 1104, ὄσσων αὐγάς.

1073. πολύυμνον θεόν. Bacchum. Hom. hymn. in Bacchum: αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνδε θεαὶ πολύυμνον ἔθρεψαν. Chorus dicit se erubescere, si quis externus ibi regnaturus veniat, ubi Bacchi et Cereris sacra mysteria tantopere celebrentur, videlicet Athenis suis. BARNES. Schol. Ar. Ran. 326 συνίδρυται τῇ Δήμητρι ὁ Διόνυσος. MUSGR.

1075. καλλιχόροισι παγαῖς. Pausan. I, 38, 6 φρέαρ τε καλούμενον Καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χόρον ἔστησαν καὶ ᾖσαν εἰς τὴν θεόν. HEATH. Callimachi hymn. in Cer. 16, ubi Spanhemii adnot. MUSGR.

1076. εἰκάδων. Hoc nomine vocabatur una mysteriorum dies. Plutarchus in Phoc. [c. 28] εἰκάδι γὰρ ἡ φρουρὰ Βοηδρομιῶνος εἰσήχθη μυστηρίων ὄντων, ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξ ἄστεος Ἐλευσῖνάδε πέμπουσιν. Adde Schol. in Ran. 326. MUSGR., qui sua mutuatur a Barnesio, laudante Meursii Eleusinia, c. 21—31. Matthiae Valckenarium consuli iubet ad Herod. VIII, 65. Cum Musgravio pro θεωρόν malim θεωρός, ut ipse Io vocetur spectator facium mysticarum.

1078. Διὸς — αἰθήρ, ut fragm. 836 et alibi. Aesch. Prom. 88 ὦ δῖος αἰθήρ. Idem fr. 650 Ζεύς ἐστιν αἰθήρ. Cf.

---

1) σφέτερον vel σφεων periit Herod. I, 51 § 3 post φαμένων in verbis τῶν τῷ χρυσέῳ ἐπιγέγραπται Λακεδαιμονίων φαμένων εἶναι ἀνάθημα, οὐκ ὀρθῶς λέγοντες. Ultima vox aut delenda videtur aut mutanda in λεγόντων.

ad 1516. — *ἀστερωπὸς αἰθὴρ* recte Markland intellegit de astris, quae sunt in aethere[1]).

1080 sqq. Ut haec nunc leguntur, *χορεύει* est transitivum, iungendum cum *κόραν* et *ματέρα* 1085 sq. Neque eum usum prorsus insolitum esse iam animadvertit Musgrave conferens Bacch. 1141 et Soph. Ant. 1168. Sed cum obiecta ista nimis fere remota sunt, tum depravatum *χορευόμεναι* et metri corruptela a scribis turbatum esse in sqq. documento sunt. Parum poeticum est substitutum a Badhamo *πορευόμεναι*, nec quod longe melius suspicabatur olim Dindorf *εἱλισσόμεναι*, cuius glossema sit *χορευόμεναι*, locum satis expedit. Probabilius postea idem coniecit *σέβουσι χόροις*, quem partim secutus, monente metro vs. antithetici, ipse suspicatus sum *τιμῶσι χόροις*, probata simul Hermanni coniectura *ὅσαι τε πόντον κατ' ἀενάων τε ποταμῶν δίνας*. Verte: Choreasque agunt Luna et quinquaginta Nereides quaeque aliae virgines in mari et perennium fluviorum gurgitibus choreis celebrant Proserpinam et Cererem.

1081. *πεντήκοντα κόραι Νηρέος* saepe memoratae ab Euripide v. c. Iph. A. 1062 et Iph. T. 428. *Ἑκατόμποδας* vocat Sophocles O. C. 718, Pindarus apud Athen. XIII, pag. 573 F *κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον*. Cf. Valckenaar ad Ammon. p. 164 C.

1091. *κατὰ μοῦσαν ἰόντες*. Suspecta lectio, quacum frustra Seidler comparavit Alc. 965 *διὰ μούσας ᾖξα* et Hippol. 452 *ἐν μούσαις εἶναι*. Hermann recepit Musgravii coniecturam *κατὰ μ. ἱέντες* qui explicans qui Musam demittunt ad indigna, verbo vim tribuit, qua caret. Non magis

---

1) Cf. Antig. 1146, ubi Bacchus vocatur *πῦρ πνεόντων χοραγὸς ἄστρων* ex poetarum consuetudine (verba sunt Lobeckii in Aglaophamo p. 218), qui deorum orgia sua concelebrantium adventu universam naturam commoveri et exultare fingunt, ita ut terra contremiscat, maria exaestuent, stellaeque ipsae augustiore lumine coruscare videantur. Idem praeterea laudat Bacch. 117 et Claudian. de laud. Stilich. I, 1, 84.

placet Badhami coniectura δυσκελάδοις οὐ κατὰ μοῦσαν ἰόντες. An forte: δ. κ. μ. ἄγοντες, carmen deducentes?

1095. ἄροτον, ut σπέρμα, dictum pro γένος.

1096. παλίμφαμος ἀοιδά, i. e. ἐναντία ᾠδή. Eandem sententiam vide Med. 410 sqq.

1097. δυσκέλαδος, δύσθροος, δύσφημος.

1099. ὁ Διὸς ἐκ παίδων. Xuthum intellege; vide supra 63. MUSGR. Ostendit Iovis ex Aeolo nepos oblivionem uxoris, ex qua ei non contigit communem prolem suscipere. HERMANN, bene reiecta Canteri coniectura ἀγνωμοσύναν pro ἀμνημοσύναν. Cf. Soph. Ai. 523 ὅτου δ' ἀπορρεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος, | οὐκ ἂν γένοιτ' ἔθ' οὗτος εὐγενὴς ἀνήρ. Similiter Latini memor et immemor pro gratus et ingratus. Ceterum Dorismi vicini mihi persuaserunt ut scriberem ἀμναμοσύναν. Cf. H. F. 697 κελαδῶ μναμοσύναν.

1101. κοινὰν τεκέων τύχαν, communium librorum felicitatem, pro κοινὰ τέκνα.

1104. θέμενος χάριν, i. e. χαρισάμενος, indulgens, animum applicans. Cf. Hec. 1211, Bacch. 720, El. 61, ubi olim correxi τιθεμένη χάριν (pro χάριτα τιθεμένη) πόσει. Omnino forma χάριτα a tragoedia aliena videtur, quapropter Helen. 1378 scribendum propono: ὡς τῷ θανόντι δὴ ξυνεκπονῶν χάριν pro χάριτα ξυνεκπονῶν, aut, quod malim: δῆθεν ἐκπονῶν χάριν.

1107. ἐξέπλησα. Orest. 54 λιμένα δὲ Ναυπλίειον ἐκπληρῶν πλάτῃ, ubi Porson et hunc Ionis locum affert et Hel. 1590 πλήσασα κλιμακτῆρας εὐσφύρου ποδός. Dicitur, ait, quis id spatium explere, cuius varias partes oberrat. Tibullus I, 4, 69 Et ter centenas erroribus expleat urbes Corruptus procul dubio locus Iphig. T. 804, quem correxisse mihi videor *Verslagen* IV, 2 p. 204, sed de hoc quoque loco et de loco Orestis num sani sint dubito. Quod enim de verbo explendi dicit Porson, praeter Tibulli locum in unum bene quadrat locum Helenae. Nempe Orest. 54 Me

nelaus me iudice dici nequit errare in Naupliae portu, sed dici debet eo pervenisse, quare non possum non probare Musgravii coniecturam ἐκπερῶν. In loco Ionis non haererem, si scriptum esset πᾶν γὰρ ἄστυ ἐξέπλησα, sed πανταχῆ ἄστεως ἐξέπλησα quid sit non expedio. Scaliger coniecit ἐξέπλιξα, quod perambulavi explicat; melius Beck ἐξέπνευσα, paene ad animae defectum cucurri. Conferri possit Aristot. Rhetor. III, 9, 32 (pag. 1409 A ed. Bekk.): τὸ γὰρ τέλος πάντες βούλονται καθορᾶν, διόπερ ἐπὶ τοῖς καμπτῆρσιν ἐκπνέουσι καὶ ἐκλύονται, i. e. anhelant et deficiunt. Ad sententiam comparetur Plaut. Merc. 818: Defessus sum urbem totam pervenarier: nihil investigo quicquam de illa muliere.

1109. προθυμίᾳ ποδῶν. Cf. Phoen. 1439 προθυμίᾳ ποδός.

1110. φέρεις pro. ἀγγέλλεις. Cf. Or. 852, alibi, ut saepe προσφέρειν et εἰσφέρειν. Sic afferre Latini pro nuntiare.

1113. οἴμοι τί λέξεις; formula Euripidea. Cf. Hec. 54, 712, 1124, Hel. 780.

1112. πετρουμένη. Cf. Or. 563, 994, Phoen. 1184. Infra 1220 πετρορριφῆ θανεῖν. Post haec mireris quae leguntur 1266 sqq. Sed optime Badham difficultatem sic expedivit, ut statueret eadem poena utramque rem coniunctam esse, ut prius lapidibus reus obrueretur, deinde deiceretur de saxo. Cf. ad 1220. Λιθόλευστον Ἄρη dixit Soph. Ai. 252.

1113. λελήμμεθα. Cycl. 433 ὥσπερ πρὸς ἰξῷ τῇ κύλικι λελημμένος, ubi, cll. Rhes. 74 et Troad. 375, Cobet V. L. p. 599 reposuit λελησμένος. Sed praeterea haec perfecti forma exstat Bacch. 876, Soph. fr. 794, Aesch. Ag. 876, Ar. Eccl. 1090. Frequentior in pedestri sermoni forma εἴληπται, praeterquam in spurio Danaes fragmento vs. 57, est in composito ἐπείληπται ap. Soph. Ant. 732, an alibi apud tragicos, ignoro.

1115. οὐκ ἐν ὑστάτοις. Soph. Trach. 315 γέννημα τῶν ἐκεῖθεν οὐκ ἐν ὑστάτοις.

1118. ἔτευξεν, i. e. ἐποίησεν, pro ἐξεῦρεν emendavi ad O. R. pag. 89. Heracl. 614 τὸν ἀλήταν εὐδαίμονα τεύχει, Aesch. Eum. 638 τὸ σὸν πόλισμα καὶ στρατὸν τεύξω μέγαν. Ad colorem orationis cf. Heracl. 233: τὴν δ' εὐγένειαν τῆς τύχης νικωμένην εἰσεῖδον.

1119. ἀντιάζω σ' ἱκέτις. Simili abundantia Sophocles ἱκέσιός σε λίσσομαι Ant. 1230 et ἱκετὴς ἱκνοῦμαι Philoct. 470.

1120. Sententia: si enim resciverimus, quae sors nos maneat, sive mors sive vita, libentius moriemur. Nihil hac incertitudine gravius! Cogitatio εἰ θανεῖν χρεών in hac sententia ita praevalet, ut huic tantum respondeat apodosis ἥδιον ἂν θάνοιμεν, nec crediderim ad verba εἴθ' — φάος cum Heathio mente supplendum esse ἥδιον ἂν βιοῖμεν. Similia plura legere me memini, nunc succurrit Phoen. 533, ubi de ambitione dicitur: πολλοὺς δ' ἐς οἴκους καὶ πόλεις εὐδαίμονας | εἰσῆλθε κἀξῆλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων· | ἐφ' ᾗ σὺ μαίνει, ubi necessarium puto ὑφ' ἧς. Nam Eteocles ὑπὸ φιλοτιμίας ἐμαίνετο ἐπὶ τυραννίδι. Cf. quoque Hom. Od. δ, 204 sq. et Aesch. Agam. 635: πῶς γὰρ λέγεις χειμῶνα ναυτικῷ στρατῷ ἐλθεῖν τελευτῆσαί τε δαιμόνων κότῳ; cum chori h. l. sententia non pugnat, licet prima specie adversari videatur, ea quam ex Antiopa servavit Stobaeus 99, 12 (fr. 204), cuius summa haec est: κέρδος ἐν κακοῖς ἀγνωσία. Ibi enim intellegitur absoluta ignorantia mali, in quo quis versetur.

1124. δεῖπνα — ὡπλίζετο. Metri causa poeta hic usus videtur forma media pro activa, quam supra adhibuit 852. Propriam enim formae mediae potestatem frustra h. l. quaesiveris. Ceterum Euripides solus tragicorum hunc epicum verbi ὁπλίζειν usum (= σκευάζειν) adoptavit.

1125. ἔνθα πῦρ πηδᾷ θεοῦ. Cf. ad 550. Phoen. 227 ὦ λάμπουσα πέτρα πυρὸς δικόρυφον σέλας ὑπὲρ ἄκρων Βακχείων Διονύσου, ubi haec habet Schol.: δικόρυφον αὐτὸν εἶπεν, ἐπείπερ ἐν ἀμφοτέραις ταῖς ἄκραις τοῦ Παρνασοῦ εἰσιν ἱερὰ

'Αρτέμιδος καὶ 'Απόλλωνος, τὸ δὲ Διονύσου. ἐπεὶ τοίνυν ἐν ἑκατέρᾳ πῦρ ἀνάπτεται πρὸς τὰς θυσίας, τούτου χάριν καί τὸ πῦρ δικόρυφον εἶπεν, ἅτε δὴ ἐν ἑκατέρᾳ ἄκρᾳ ἁπτόμενον. οὐκ ἀπὸ τῶν δύο δὲ κορυφῶν ἀναδίδοται αὐτόματον πῦρ, ἀλλ' ἀπὸ ἑνὸς ἄκρου. δοκεῖ δὲ τοῖς κάτω ἐκ δύο ἀναδίδοσθαι διὰ τὸν ἐπίπροσθεν σκόπελον. καὶ ὥσπερ ἐξ αὐτοῦ ἐπιμερίζεσθαι τὸ πῦρ. Vides duas diversas hic mixtas esse traditiones, ex quarum priore ignis est immolandi causa a sacerdotibus accensus in utroque cacumine, ex posteriore ignis spontaneus ex altero tantum vertice surgens, cuius splendore alterum illuminetur. Idem valet de breviore scholio ad Soph. Antig. 1122. Elmsley ad Bacchas 306 „Multa, ait, apud poetas mentio est flammae in monte Parnaso noctu lucentis, quam qui videbant Bacchum utraque manu facem gestantem cum solito famularum comitatu saltare credebant. Cuius ignis quae fuerit natura eorum est investigare qui in physicis versantur." Cft. deinde Ion. 716 sq., 1125 et Ar. Ran. 1242.

1126 sq. πέτρας δισσάς. Mireris hic duas rupes uno Baccho tribui, quod saltem de utroque cacumine intellegi nequit, cum quia alterum Apollini sacrum fuisse constat, tum quod non est verisimile Xuthum in utroque vertice sacra fecisse. Si nihil peccatum a scribis, verba acceperim de duplici quodam saxo in eodem cacumine. Sed fieri potest, ut poeta dederit ὡς σφαγαῖσι — πέτραν, — δισσαῖς, et locus interpretandus sit de duplici sacrificio duabusve hostiis. Mox 1131 λαβὼν δὲ μόσχους ᾤχετο.

1127. ἀντ' ὀπτηρίων. Interpretantur pro agnitione filii, quae sane, modo lingua permittat, simplicissima est interpretatio. At ὀπτήρια sunt τὰ ὑπὲρ τοῦ ἰδεῖν δῶρα, ut recte explicat scholiasta ad Callim. Hymn. in Dian. 74 citatus a Porto. Recte quidem monuit Musgrave Sophoclem θρεπτήρια pro τροφή dixisse O. C. 1327, sed Sophocles longe audacior est quam Euripides in verbis novandis. Et quid impedit, quominus ὀπτήρια hic intellegamus ἱερά, ut dicitur

χαριστήρια, διαβατήρια, alia? Vertendum igitur puto: ut victimarum sanguine rigaret Bacchi saxa, sacrificium pro fili agnitione.

1128. ἀμφήρεις. Male interpres Latinus circularia. Apparet enim ex ipsis sequentibus tabernaculum fuisse quadratum, decies mille pedum spatium includens. Suspicatur Musgrave poetam tam diligenter et curiose describere tabernaculum, ut spectatoribus in mentem veniret Parthenonis in arce, cuius eadem fuerit et forma et mensura, citans Etym. M.: Ἑκατόμπεδον νεώς ἐστι τῆς Ἀθηνᾶς ποδῶν ἑκατὸν ἐκ πάσης πλευρᾶς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὠνόμασται. καλοῦσι γὰρ αὐτόν τινες Παρθενῶνα. Cf. Hesychius s. v. ἑκατόμπεδος. At aliam nominis causam affert Harpocr. i. v. ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδος ἐκαλεῖτο διὰ κάλλος καὶ εὐρυθμίαν οὐ διὰ μέγεθος, ὡς Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν. Ceterum cellae (quae proprie Parthenon audiebat) dimensiones illi nomini quin respondeant non multum abesse ait Dyer. l. l. p. 129, apud quem plura vide et hic et p. 390 sqq. Addatur Michaelis, p. 23 sq. Sed, ut redeamus ad ἀμφήρεις, melius Musgrave, cl. H. F. 242, explicat: ab omni parti exstructa. Epitheton ex eo est genere, quo continetur ipsa substantivi notio necessaria, qualia multa sunt apud poetas Graecos, praesertim apud Homerum. Formata vox ut ἀγχήρης, κατήρης, διήρης, ἀντήρης, ἁμαξήρης, τοξήρης, ξιφήρης, κωπήρης, χαλκήρης, φρενήρης, λογχήρης, διχήρης, μεσσήρης, χρυσήρης, alia. Obiter corrigam Schol. Ven. ad Il. IX, 336: τὰ διὰ τοῦ ηρης καὶ ωδης παρώνυμα βαρύνεται· ξιφήρης, ὀλιγήρης, τοξήρης. Satin certum est pro ὀλιγήρης, quod nihili est, grammaticum dedisse λογχήρης?

1130. γενεταὶ θεοί videntur esse τριτοπάτορες dicti, de quibus Φανόδημός φησιν ὅτι μόνοι Ἀθηναῖοι θύουσι καὶ εὔχονται αὐτοῖς ὑπὲρ γενέσεως παίδων — apud Etym. M. s. v. τριτοπάτορες. Commemorantur et θεοὶ γενεταί Aesch. Suppl. 80. MUSGR.

1131. μένω verum esse potest. Elegantius tamen, quia hoc

vocabulo modo usus est, poeta scripsisset μέλλω, quod cum illo facile confunditur. Cf. Soph. Phil. 1449 μή νυν χρόνιοι μέλλετε, O. C. 219 μακρὰ μέλλετον, ἀλλὰ τάχυνε. — ἔστωσαν. Forma est aetate Euripidis recentior pro ἔστων vel ὄντων. Dindorf de coniectura sua edidit δαῖτας εἰστία, de qua tamen dubito, quia constanter in hoc vocabulo poeta usum numeri singularis et pluralis distinxit. Malim igitur δαῖτα σὺ σπεῦσον vel δαῖτα πόρσυνον, aut aliquid eiusmodi; nam quod certum sit non reperio.

1132. σεμνῶς, rite, religiose, sed fortasse verius est σεμνῶν. Cf. 806, 882. Quod sequitur ἀτοίχους miror nemini fecisse negotium. Nihil tamen certius videtur quam vocabulum mendosum esse. Nam mox 1158 parietes ἀτοίχῳ huic tabernaculo tribuuntur. In mentem venit ἀκόμψους, i. e. simplices, quia deinde tabernaculum exornat sacris aulaeis e templi thesauris. An ἀτόρνοις (= ἀτορνεύτοις, rudibus, non fabrili arte exactis ad formam teretem), iungendum cum ὀρθοστάταις, quas bene Musgrave intellexit columnas, trabes erectes, animadvertens Athenaeum V, 6 in simili re describenda vocare eas κίονας ξυλίνας, et laudans Vitruv. I, 7, II, 8? Λαΐνους ὀρθοστάτας habemus Herc. Fur. 980.

1134 sqq. Observavit Io id quod in theatris condendis observandum scribit Vitruvius. Vide quae attulit Genellius in libro de theatris Atheniensium, p. 32. HERMANN.

1134 sqq. Nubes ad h. l. misere depravatum est coniecturarum, quarum non nisi praecipuas memorabimus. Vs. 1136 ἀκτῖνος pro ἀκτῖνας scripsit Scaliger. Dindorf ex sua coniectura edidit: οὔτε πρὸς μέσας θεοῦ ἀκτῖνας οὔτ' αὖ πρὸς τελευτώσας βολάς. Nauck tam βολὰς quam βίον sepsit uncinis, A. Schmidt (Mus. Rhen. 1872 p. 174) proposuit ἡλίου βολάς — μέσους φλογός (ita codd.) ἀκτῖνας, Madvig πρὸς τελευτώσας λίαν. Tandem Kock *Verisim.* pag. 204 id quod posui margine coniecit, simul suspicatus quod occupavit

Madvig. — „Solis regione, verba sunt Kockii, diligenter observata, ita exstruxit tentorium, ut meridie a solis radiis umbra esset tutum neque vero post meridiem nimis ei expositum."

εἰς εὐγώνιον. Retinui librorum scripturum, quam plerique editores obtemperantes Elmsleio mutaverunt in εἰς εὐγωνίαν, quia substantivum εὐγωνία nusquam legitur. Idem dicendum de Musgravii suspicione ἰθυγώνιον; nam neque hoc neque εὐθυγώνιον usquam repertum est. Ipse cogitavi de scribendo ἰσογώνιον, paribus angulis, itaque rectangulum, ut dicatur Ion plethri spatium quadratum ita dimensus fuisse, ut fieret tabernaculum paribus (rectis) angulis. Itaque suspicabar σταθμήσας πλέθρου μῆκος ἰσογώνιον, i. e., ut explicare solent veteres grammatici, (ὥστε) ἰσογώνιον (εἶναι), noto Graecismo. Ἶσος in compositis apud tragicos subinde iota producere notum est.

1138 sq. ut spurios notatos a Paleio in marginem reiecit Dindorf. Suspecti mihi quoque non tantum ob putidam diligentiam sermonisque ambages, qualis magis serioris poetastri cacozeliae quam poesi Euripideae convenire videntur, sed etiam propter scribendi incuriam. Nam ἔχουσαν quidem defendi aliquatenus potest, uti defensum est per σχῆμα quod dicitur πρὸς τὸ σημαινόμενον, ut σκήνην intellegamus, sed omni defensione destituta videtur vocula γε, unius metri causa sine ulla vi usurpata [1]). Resecto utroque versiculo apparet πλέθρου μῆκος ἰσογώνιον. intellegendum esse plethrum superficiale; de quo Hesychius πέλεθρον μέτρον γῆς, ὅ φασι μυρίους πόδας ἔχειν.

1140. Cf. supra 663 sqq., ubi pater Ionem iusserat invitare amicos suos ad coenam iis valedicturum. Hic vero videmus tantam adolescenti fuisse benevolentiam, ut omnes Delphos

---

1) Wecklein, *Stud. z. Eur.* pro γε coni. τῶν provocans ad Krügeri Gr. Gr. 1 § 50, 2, 8.

haberet pro amicis itaque universum populum vocare non dedignaretur. Cf. Ionis verba 635 sqq.

1141. WORDSWORTH, Athens and Attica pag. 101 hinc suspicatur Minervae templo Parthenona velario tectum fuisse. Hodie autem vv. dd. fere statuunt non ὕπαιθρον fuisse Parthenona. — θησαυρῶν πάρα. De his donariorum thesauris, Corinthiaco imprimis, crebra fit ab Herodoto mentio v. c. I, 14, 50 et 51. Cf. Strabo IX, p. 641, Plut. Mor. II, p. 400, Pausan. X, 11, 1 et quae loca citat O. Müller ap. Dissen. ed. Pindar., p. 628 sq. De templi divitiis cf. Hom. Il. IX, 404.

1142. κατεσκίαζε, i. e. inumbrabat, tegebat. Verbo praeterea utitur Soph. O. C. 406; adiectivum κατάσκιος est apud omnes tragicos. Hic verbi obiectum omissum esse statuunt, intelleguntque tabernaculum. Recte, nisi forte praegnanti sensu poeta verbum adhibuit pro κατεπετάννυ ὥστε παρέχειν σκιάν, ut v. c. καθαίρειν saepe obiectum habet eius rei, quae purgando tollitur. Ita obiectum hic esset ipsum ὑφάσματα. — θαύματ' — ὁρᾶν, mirabile visu. Iph. A. 202 θαῦμα βροτοῖσι, Ib. 1581 θαῦμα δ' ἦν αἴφνης ὁρᾶν, Aesch. Ag. 1166 θαύματ' ἐμοὶ κλύειν, Soph. Trach. 673 θαῦμ' ἀνέλπιστον μαθεῖν. Similiter δεινὸν ἦν θέαμ' ἰδεῖν Med. 1167, cf. 1202 et Bacch. 760. Praeivit Homerus, cuius frequens est formula θαῦμα ἰδέσθαι.

1143. πτέρυγα περιβάλλει πέπλων. Tectum his stragulis inumbrat, ducta metaphora ab avibus fetus suos alis et plumis operientibus [cf. Troad. 746]. Eustath. in Il Σ 289. Ὅρα δὲ καὶ ὅτι πέπλος καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ ἱματίου ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ ὑφάσματος. BARNES. Sic saepe vestis apud Latinos. — Notanda triplex arsios sine intervallo solutio. Cf. Or. 248, 643, 1057, 1603, Andr. 333, Cycl. 203, 210, Hel. 320, Iph. A. 466, fr. 642, 3.

1144 sq. Hercules Ione iunior est. Ergo vel hinc intelligitur, poetam describere tabulas pictas tum notas et publico

nescio quo loco propositas. BECK. Per se quidem res est valde probabilis, quia solet Euripides frequenter alludere ad artis opera re vera exstantia (videatur imprimis *Euripides und die Bildende Kunst* von Dr. Gottfried Kinkel, Berlin 1872), sed argumentum ex anachronismo petitum reicio, siquidem noster cum plerisque poetis antiquis temporum rationes parum curat. De pugna Herculis cum Amazonibus interpretes conferunt Apollod. Bibl. II, 5, 9. In foribus opisthodomi aedis Iovis Olympii Alcamenem effinxisse Herculis pugnam cum Amazonum regina Hippolyta testatur Pausan. V, 11, 7, hodieque idem argumentum conspicitur in metopo quodam templi Selinuntii in Sicilia. Saepissime autem Amazonomachia repraesentata fuit in operibus antiquis. In Stoa Poecile in Theseoque Athenis servabantur olim Miconis et Polygnoti tabulae pictae, in quibus Thesei in illo bello partes tractatae fuerunt. Cf. Arist. Lys. 678, Paus. I, 15, 2.

1146. *ἐνῆν* pro *ἐνῆσαν*. Vide exempla ad Stephani Thesaurum allata s. v. *εἰμί*. DINDORF a d n. O x. Soph. Trach. 521 *ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι κλίμακες*, de quo usu (cuius antiquissimum exemplum est Hesiodi Theogo 321 *τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί* ab Schol. memoratum) docte dixit Herodianus *περὶ μονήρους λέξεως* p. 44, 32. IDEM in l e x. S o p h. p. 142. Tironum gratia grammatici verba adscribam: *Οὐδὲν ῥῆμα ὁριστικὸν [ἑνικὸν πρῶτον πρόσωπον] κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ὁρᾶται πρῶτον πρόσωπον ἑνικοῦ καὶ τρίτον ἑνικοῦ, καὶ πρῶτον καὶ τρίτον πληθυντικοῦ ὅτι μὴ μόνον τὸ ἦν. ἦν γὰρ ἐγώ Ἀττικοὶ λέγουσι* (non tamen vetustiores) *καὶ ἦν ἐκεῖνος· καὶ πληθυντικῶς Σιμωνίδης ἐπὶ πρώτου προσώπου, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν· ἦν ἑκατὸν φιάλαι δίχα σφίσιν· ἀντὶ γὰρ τοῦ ἦμεν ἦν· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ κωφὸν δ' ἦν προπάροιθεν. κτἑ.* Fallitur igitur Matthiae annotans: *ἐνῆν* dictum videtur, quia sensus est *ἐνῆν δὲ τοιάδε γράμματα*. Adde epigramma apud Aeschinem III § 184. — *ὑφανταὶ γράμμασιν* Hesychius *γράμματα· τὰ ζωγραφήματα*. Esto autem

γράμματα picturas significare, non tamen aulaea significabit, nisi epitheto adiecto. Legendum: ἐνῆν δ' ὑφαντοῖς γράμμασιν. Inerant autem in picturis tentilibus huiusmodi texa. MUSGR. Picturas sive opera picta γράμματα quoque dici ex hoc Theocriti loco et aliunde Davis ostendit ad Maximi Tyrii diss. XXXII, sect. V. VALCKENAAR adn. in Adoniazus. 81 (pag. 371 sq.) Parum considerate hunc vocabuli usum negavit Badham, ut locus esset suae coniecturae ῥάμμασιν, qua loci difficultas non expeditur. Ego cum Musgravio contendo inepte dici ὑφανταὶ ὑφαί, nec tamen mihi probavit suam coniecturam, quae placuit Dindorfio, quia permire et parum eleganter mihi dictum videtur: inerant picturis textilibus huiusmodi texta pro eo, quod iure expectes: inerant textis huiusmodi picturae vel: inerant picturis textilibus huiusmodi imagines. Venit in mentem: ἐνῆν δ' ὑφαῖς ὑφαντὰ τοῖα γράμματα, qualis lectio ita nasci potuit, si sumimus ὑφαῖς propter sequens ὑφαντά a librario prius neglectum in margine adscriptum fuisse; deinde, quum in locum alienum devenisset, a correctoribus, ut sententiae species aliqua existeret, versum esse interpolatum. Picturae argumenta, quibus ornaretur lacunar, aptissima delegisse poetam, fugiet neminem.

1148 εἰς τελευταίαν φλόγα. Si nihil peccatum a scribis, explicandum ad eum locum, ubi ultima flamma s. ultimi radii solis conspiciuntur. Suspecta tamen scriptura. Ad Wakefieldi coniecturam πλάκα cf. nostri Elect. 1349 δι' αἰθερίας πλακός, ad Hartungianam πτύχα Hel. 44 ἐν πτυχαῖσιν αἰθέρος, Orest. 1631 et 1636 ἐν αἰθέρος πτυχαῖς. Cf. Hel. 605, Phoen. 84, cett.

1149. λαμπρὸν Ἑσπέρου φάος. Hesperus reliquis stellis est paulo rutulentior, unde Catullus: Hespere quis caelo fulget te clarior ignis? BARNES.

1150. μελάμπεπλος Νύξ. Alexis ap. Ath. XII p. 552

E: νυκτὸς τῆς μελαμπέπλου. Propter astra ποικιλείμων vocatur ab Aeschylo Prom. 24. Λευκόπεπλον ἡμέρην dixit Hipponax ap. Tzetzem exeg. p. 84, 1; eandem λευκόπωλον appellarunt Aeschylus Pers. 386 et Sophocles Aiac. 673.

1150 sq. ἀσείρωτον — ὄχημα. Currum funibus carentem — dixit, opinor, currum funales [σειραίους s. σειραφόρους] equos non habentem, sed tantum iugales [ζυγίους]. Namque ut Soli quadrigae ita Nocti bigae plerumque a poetis tribuuntur. Exempla e Latinis poetis, qui haud dubie Graecorum auctoritatem sunt secuti, collegit Broekhusius ad Tibull. II, 1, 78. Seidler. Adde Stanleium ad Aesch. Choeph. 658 et Heindorfium ad Hor. Sat. II, 6, 100. Draconibus iunctus Noctis currus est apud Shakesperium, *Midsummer-nightsdream* III, 2: *nights swift dragons.* Ὄχημα autem de equis, non de curru, hic accipiendum esse putabat Musgrave (cll. Phoen. 338, Rhes. 617 aliisque locis), intellegens equos nullo fune connexos, sed freno tantum retentos. — ἔπαλλεν, graphice dictum de vehementiore cursu, ita ut currus (equive) saltu spatium devorare videatur. Intransitive eodem verbo noster utitur in Electra 477 ἐν δορὶ φονίῳ ἵπποι ἔπαλλον, ib. 435 ἵν' ὁ φίλαυλος ἔπαλλε δελφίς.

1151. ἄστρα δ' ὁμάρτει θεᾷ. Tibullus l. l.: Ludite, iam Nox iungit equos currumque sequuntur Matris lascivo sidera fulva choro. Verbo epico ὁμαρτεῖν pro ἀκολουθεῖν saepe noster, rarius reliqui tragico usi sunt. Adverbium ὁμαρτῇ (= ὁμοῦ) est apud solum Euripidem.

1152. Πλειάς singulari numero, ut Orest. 1005 et Iph. A. 8. Alibi est pluralis, apud Aeschylum quoque Agam. 800. Sophocles sidus non memorat. De Pleiadibus cf. Ovid. Fast. V, 83, 87, Hyginus fab. 192, alii ἑπταπόρους post hymn. Hom. in Mart. 7 vocavit Rhesi auctor 530. Vergilias appellarunt Romani. — μεσοπόρου sensu passivo pro μέσου. Verbo μεσοπορεῖν utitur Menander. Phrynichus

in voce p. 416: καὶ τοῦτο Μένανδρος οὐδὲν ἐπιβάλλων γνώμης τοῖς ὀνόμασι ἀλλὰ πάντα φύρων. Cf. Lobeckii annotatio. Nonne igitur licuit Menandro, quod licebat et licet omnibus poetis, ut nova fingeret vocobula, recte observata sermonis analogia? Bilem movent isti magistelli, qui ipsi Graece balbutientes magis quam loquentes, superbe damnant, si quid a communi consuetudine recedit!

1153. Ὠρίων. Solus tragicorum memorat noster Orionem. Hecub. 1101, Hel. 1490 (una cum Pleiadibus, ut hic), Cycl. 212, constanter correpta paenultima, quam epici producunt. (Nauckius in novissima editione Odysseae ubique de suo restituit formam Pindaricam Ὠαρίων). Barnes ad h. l. monet stellam esse tristem, ortu et occasu suo et καύσωνας et tempestates excitantem, quare canem illi et balteum et ensem fabulas assignare. De ense cf. Ovid. Met. VIII, 207, XIII, 294. Fabulam de Orione narrant Hyginus fab. 195, Ovid. Fast. V, 495 sqq., Apollod. I, 4, 3, alii.

1154. στρέφουσ' οὐραῖα χρυσήρη πόλῳ, versans auream caudam apud polum, interpretatur Dobree, insuper tentans χρυσήρη πόλον, aureum polum versans tanquam caudam, πόλον, ut videtur, intellegens stellam ita dictam infimam ad caudam ursae minoris. Recte vero Seidler sermonem esse monet de maiore ursa, quod confirmari adverbio ὕπερθε, quia sit super Orionem, itaque πόλον intellegendum esse caelum ad circulum polarem. Arctos sive ursa maior, ait Barnes, septentrionali polo velut axe nixa resupinato capite ursam minorem spectat, cauda vero Booten et stellam ideo Arcturum dictam. Ut h. l. ap. Hom. Od. ε, 271 sqq. iunguntur Pleiades, Arctos et Orion, quae sidera Ulixes navigans ab insula Calypsus observat. Nauck recepit Stephani coniecturam, χρυσήρει intellegens, ut videtur, coelum stellis distinctum, ut saepe πόλος a poetis usurpatur pro οὐρανός. Alias in h. l. coniecturas prudens praetereo. Verbum autem στρέφειν me admonet loci Sophocleï O. C.

1514 sq. αἱ πολλαὶ βρονταὶ διατελεῖς τὰ πολλά τε | στρέψαντα χειρὸς τῆς ἀνικήτου βέλη, ubi valde dubia mihi videtur Piersoni, quae vulgo recepta est, correctio στράψαντα, si quidem ante Alexandrinos nemo στράπτειν dixisse videtur pro ἀστράπτειν. An forte reponendum πρέψαντα?

1155. ἠκόντιζε pulchre dictum pro ἀκτῖνας ἠφίει, radiabat.

1156. μηνὸς διχήρης, mensis sector. Quum Graeci menses suos Lunae cursu metiantur, clarum est eos aequales in partes plenilunii diem divisisse. BARNES. — Ὑάδες. De Hyadibus vide Eustathium in Homer. p. 1155, 44. — Ab aliis autem quinque, ab aliis septem numerantur stellae in capite Tauri; quae ideo nautis observantur, quia quoties nascuntur aut occidunt, pluvias creant. BARNES. Phoeniss. 834 τυφλῷ ποδὶ | ὀφθαλμὸς εἶ σὺ ναυβάταισιν ἄστρον ὥς. — Hic et El. 468 prima syllaba producitur, quae permiro usu corripitur ab Homero et Hesiodo, siquidem verbum ὕω ubique producit paenultimam. Latini vocarunt aut pluvias, aut suculas, dirivato vocabulo ab ὗς. Cf. Cic. de nat. D. II, 43 et Tiro ap. A. Gell. XIII, 9.

1157. σημεῖον, tempestatum. MUSGR.

1158. φωσφόρος Ἕως. Orest. 1004 dicta μονόπωλος, uno equo vecta, scil. Pegaso (Cf. Schol. ad H. VI, 155), dum alias poetae Aurorae tribuunt bigam aut quadrigam. Cf. Troad. 855, Verg. Aen. VI, 535, VII, 26, XI, 77. Equi sunt albi aut rosei aut crocei. Aesch. Pers. 386, Soph. Ai. 673, Theocr. XIII, 11, Tibull. I, 3, cett.

1159. ἤμπισχεν est Aor. ab ἀμπέχω, non Imperfectum ab ἀμπίσχω. Cf. 1164 ἤνεγκεν et docta Elmslei adnotatio ad Med. 1128. — βαρβάρων ὑφάσματα, textae imagines barbarorum Bothe interpretatur quum debuisset: textura, barbarorum opificium, ut explicandum esse vidit Badham, qui monens tribus aulaeorum generibus tres patrias assignari (cf. 1145 et 1164), perspexit describi Asianorum παρα-

πετάσματα, agique vs. 1161 sq. intellexit de venationibus in paradisis; nec, quod vulgo putant, pertinere ad Herculis labores, nempe ad Centauros, ad aeripedem cervam et Nemaeum leonem. Cf. quoque USENER in eximio opusculo de Iliadis carmine quodam Phocaico, Bonnae 1875, pag. 8 sq.

1160. Per prolepsin respicitur pugna Salaminia. BARNES. εὐήρετμος vox tragicis propria. Cf. O. C. 716, Pers. 368. — ad ναῦς e vs. praegresso cogita τῶν βαρβάρων.

1161. Cf. ad 1159. Post ἄγρας dele virgulam cum Badh.

1163. De Cecrope partim homine partim serpente videri possunt Apollod III, 13; Tzetzes ad Lycophr. 111. Fabulam inde ortam crediderim, quod Cecrops primus Atticorum barbariem exuere coepit, nec tamen penitus exuit. MUSGR. At similis fuit fabula de Erichthonio, quare nescio an potius, spectet ad Atheniensium, quo gloriabantur, γένος αὐτόχθον. Cf. Herod. I, 78. Aliam causam comminiscitur sophista, qui composuit orationem funebrem, quae fertur sub nomine Demosthenis § 30. Ceterum cf. Arist. Vesp. 436 ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ τὰ πρὸς ποδῶν Δρακοντίδη et fragm. Eurip. 922, e fabula nescio qua satyrica depromptum, quod tentavi *Verslagen* IV, 1, 111. Recte vero Nauck ibi statuit Hermogenem, qui verba affert, Cecropem confudisse cum Cadmo. Non enim ille, sed hic (cf. Bacch. v. fin.) in anguem mutatus est. Cecropem διφυῆ sive γηγενῆ audire notum est.

1164. Vulgo ex Hermani coniectura legitur σπείραισιν εἱλίσσοντα. Sed nullum novi idoneum auctorem, qui ἑλίσσειν usurpaverit pro ἑλίσσεσθαι. Hartungi coniectura σπείραις πόδ' εἱλίσσοντ' vix cuiquam placebit. Stephani correctione quid obstet, non video, nisi quod praeferam ἀνειλίσσοντα.

1166. κρατῆρας. Inter crateras Delphicas imprimis fama celebrabantur Croesi donaria. Cf. Her. I, 51. — ἄκροισι — ποσί. Cf. Soph. Phil. 748, 824, Eur. Cycl. 399. Sic ἄκροισι δακτύλοισι Iph. T. 266 et Bacch. 709; Soph. Ai.

ὑψήλ' ἐφώνεις κἀπ' ἄκρων ὡδοιπόρεις, ubi schol. memorat proverbium ἐπ' ἄκρων ὀνύχων. Cf. Lobeck ad h. l. Sic ἀκρὰ χείρ Iph. A. 951, Hel. 1444, ὠλένας ἄκρας Iph. T. 283, χερῶν ἄκρους κτένας Aesch. Ag. 1594.

1167. ἀνεῖπε. Verbum sollemne de praecone. Cf. Iph. A. 1564.

1169. εὐόχθου βορᾶς, coenae lautae, opiparae. Bacchylides ap. Ath. V p. 178 B αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δαῖτας εὐόχθους ἐπέρχονται δίκαιοι φῶτες. Verbum εὐοχθεῖν est ap. Hesiod. Opp. 475.

1170. *Verslagen* IV, 2, p. 175 in hoc versu detegere mihi videbar veteris lacunae supplementum, quod parum eleganter post verba ὡς δ' ἐπληρώθη infertur ἐπλήρουν ὡς δ', et sermo poeticus potius θυμόν quam ψυχήν hac in re requirebat. Cf. praeter Homerum Soph. O. C. 778, Ph. 324. Utraque tamen causa dubitandi iusto nunc levior videtur. Nam et variatur a poeta in verbi forma et lingua Euripidea verba pedestria (cf. ad 1165) non anxie reformidat. ψυχή autem de cibi potusque appetitu apud prosae scriptores non rarum est. Cf. Xen. Cyr. VI, 2, 11, VIII, 7, 2, Mem. I, 2, 4. Quare removeantur quaeso uncini. Alia res est apud nostrum in Alcest. 795, ubi verba τάσδ' ὑπερβαλὼν πύλας, isto loco parum apta, ex vs. 829 ad supplendam lacunam inserta esse suspicor. Quippe Herculem haec colloqui cum servo foris adstanti, dum ipse intus est, non facile adducar ut credam. Poeta v. c. scribere potuit: πίει μεθ' ἡμῶν (κατακλινείς, ἀνθῶν κάρα) στεφάνοις πυκασθείς, κτέ. Ibidem 831 sq. non diffiteor mihi suspecta esse verba κᾆτα — πυκασθείς; quae (scripto οὕτως pro οὕτω) salvo metro removeri possint. Quin tamen habeantur pro Euripideis, non obnitar.

1171. Inserui λάθρᾳ, cl. 851. *Verslagen* l. l.

1172. γέλων δ' ἔθηκε. Mensae ministrans ac vinum fundens, quod puerorum fuit non grandaevorum hominum

munus. Brodaeus. Insuper fieri potest, ut poetae obversatus sit locus Homericus de Vulcano pincerna in primo libro Iliadis. Quod illic est ποιπνύοντα hic lenius dictum πρόθυμα πράσσων. Rem tamen non praesto.

1173. κρωσσῶν. Cycl. 89 vocat κρωσσοὺς ὑδρηλούς. Sunt enim urnae, hydriae. Cf. Soph. O. C. 478, Ar. Eccl. 677. Sed etiam urcei ita dicuntur. Cf. Aesch. fr. 96 μηδὲ κρωσσοὺς μήτ' οἰνηροὺς μήθ' ὑδατηροὺς λείπειν ἀφνεοῖσι δόμοισι.

1174. De νίπτροις vide quem interpretes citant Athen. IX, p. 408 et de θυμιάμασιν XIV, p. 641 F. Dindorf. Hic intellegendum quod proprie dicitur μετάνιπτρον, quod post coenam et ante symposium, non ὕδωρ κατὰ χειρός, quod ante coenam fundebatur. Utrumque memorat Aristophanes Vesp. 1216 sq. ὕδωρ κατὰ χειρός· τὰς τραπέζας εἰσφέρειν· | δειπνοῦμεν· ἀπονενίμμεθ'· ἤδη σπένδομεν.

1174. χεροῖν est Dativus commodi non instrumenti. Mox ἔπεμπε interpretantur fundebat. Nullum locum novi, ubi verbum similiter vidi usurpatum, et dubito num sollemni formula χοὰς πέμπειν satis defendatur. Certe aptius videtur quod in margine posui ἐπένεμε. De ἐπέχεε non potest cogitari, quia non Aoristo, sed Imperfecto opus est.

Ib. κἀξεθυμία, suffiendi causa adolebat. Athen. l. l. ἥ γε τὴν πολλὴν δαπάνην ἐν τοῖς δείπνοις παρέχουσα δευτέρα τράπεζα προσεγένετο καὶ στέφανοι καὶ μύρα καὶ θυμιάματα. Brodaeus. Pedestris Atticorum oratio utitur verbo simplici θυμιᾶν. Homerus dicebat θύειν, eiusque exemplum secutus est Sophocles Electr. 632, qui ibidem 634 θύματα usurpavit pro θυμιάματα.

1175. σμύρνης ἱδρῶτα. Plinius N. H. XII, 15: Sudant autem sponte, priusquam incidantur, stacten dictum, cui nulla praefertur. Cf. Dioscor. I, 78. Musgr.

1176. αὐτὸς — πόνον est quod uno vocabulo dicitur αὐτοκέλευστος.

1177. *αὐλούς*. Finito convivio introducti vulgo tibicines. Vid. Xen. Symp. et Platonis comici fr. Athen. XV, 1. MUSGR. Adde Plat. Symp. p. 176, Protag. p. 347, Plut. Symp. VII, 7, 8. — *ἐς αὐλοὺς ἧκον*. Cf. Dem. XIX, § 196 *ἐπειδὴ δ' ἧκον ἐς τὸ πίνειν*.

Ibid. *κρατῆρα κοινόν*. Commemorat *κρατῆρα κοινόν* Aristides Isthmic. p. 54. Vid. Spanhem. epist. ad Morell. p. 95, Claudianus Praefat. in nuptias Honorii et Mariae v. 5: praeberetque Iovi communia pocula Chiron. MUSGR.

1178 sq. *ἀφαρπάζειν*. Diog. La. I, 103 *καὶ θαυμάζειν φησὶν* (Anacharsis), *πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δ' ἐν μεγάλοις*. BROD. Cf. Plat. Symp. p. 213 et plura ap. Beckerum in Charicl. II, p. 286 sqq.

1179. Repone *τεύχη*. Alterum enim (*σκεύη*) est vulgi verbum a tragicis nusquam adhibitum; alterum vero probum et Euripide familiare. PORSON, qui multos affert nostri locos, in quibus Ionis vss. 146, 273 et 1184. Librorum lectio ipso metro excluditur.

1181. In P teste Vollgraffio est *μόχθεις*. Nam ante literam finalem est ea nota tachygraphica, qua indicari solet diphthongus *ει*.

1182. *φιάλας*. Cf. Poll. VI, 59. MUSGR.

1183. *ὡς — δὴ* tanquam — nimirum. Utraque particulo coniuncta significat quasi vero. Cf. Androm. 235, Aesch. Ag. 1633, cett.

1185. *δραστήριον*, efficax. Cf. supra 985, Aechylus Sept. 1041 *μηχανὴ δραστήριος*.

1187. *εἶδεν* pro *ᾔδει* emendavi *Verslagen* IV, 2, p. 190 sq. Similiter *ᾔδον* pro *εἶδον* nostro reddidi *Supplic.* vs. 844 ibidem IV, 1 p. 95.

1189. *βλασφημίαν*. Brodaeus conferri iubet Plat. Legg. VII, p. 800 B.

1192. *σπονδὰς θεοῦ*, scil. *Διὸς σωτῆρος*, potus mixtus ex aqua et vino (cf. 1195), dum meri poculum *ἀγαθοῦ*

δαίμονος sacrum potabatur ante mensas sublatas. Vide Beckeri Charicl. pag. 262 sq. Simul cum libatione paean canebatur. Xen. Symp. II, 1, Plato. Symp. p. 176.

1193. δίδωσι γαίᾳ. Ergo, nisi quis male ominata verba edidisset, non in terram fudisset, sed in mensam. Musgr. Nullum novi locum unde appareat veteres libasse in mensam; neque enim ex hoc loco necessario sequitur quod putat Musgrave. Aperte enim hoc voluit poeta, Ionem omne vinum quod pocula continerent, humi fudisse, quum alioqui partem tantum libaturi partem potaturi fuissent, quod ni ita foret, stolidae fuissent paedagogi insidiae. Cf. pseudo-Antiphontis or. I § 19 sq.

1194. ἐκ δ' ἐπίμπλαμεν, explebamus (ad labia usque). Ex usu primae personae apparet nuntium 1123 recte in libris vocari θεράποντα. Oculatus testis rem narrat.

1195. ἱερούς. Malim ἱερῆς (imo ἱερᾶς), sacri roris. Cf. Plut. Mor. p. 716 de fonte quodam Delphico, ὅθεν ἐχρῶντο πρός τε τὰς λοιβὰς τῷ ὕδατι τούτῳ. Musgr. Librorum lectionem commode interpreteris: sacro usui destinata. — Βυβλίνου. Cf. Hes. Op. 207 ibique Proclus. Ambigunt veteres grammatici, nomenne ductum sit a Thraciae flumine, an urbe, an monte. Ὄρη Βύβλινα memorat Aeschylus Prom. 812, sed in Africa, unde Nilus oriatur. Cf. Schol. et Athen. I, 24 et Hesych. i. v. Haec fere Brodaeus. Schol. Aesch. dicit poetam montes istos finxisse ἀπὸ τῆς βύβλου. Papyrum primus memorat Homerus Od. Φ, 391 ὅπλον βύβλινον (cf. Her. VII, 25). Priorem vocabuli syllabam corripit Aesch. Suppl. 761 praeter morem.

1196. Malui cum Kirchhoffio κἀν τῷδε μόχθου, et ita corrigam Phoen. 1396 et Hel. 1537. Vide ad 1251. Cur deinde suspicer λόχος | κώμῳ declaravi *Versl.* IV, 2 p. 191, ita scribens: Non quaevis turba s. caterva, quod falso statuunt interpretes, a poetis κῶμος vocatur, sed ubicumque vocabulum sic positum videtur (Agam. 1189, Hipp. 55,

1177. αὐλούς. Finito convivio introducti vulgo tibicines. Vid. Xen. Symp. et Platonis comici fr. Athen. XV, 1. MUSGR. Adde Plat. Symp. p. 176, Protag. p. 347, Plut. Symp. VII, 7, 8. — ἐς αὐλοὺς ἧκον. Cf. Dem. XIX, § 196 ἐπειδὴ δ' ἧκον ἐς τὸ πίνειν.

Ibid. κρατῆρα κοινόν. Commemorat κρατῆρα κοινόν Aristides Isthmic. p. 54. Vid. Spanhem. epist. ad Morell. p. 95, Claudianus Praefat. in nuptias Honorii et Mariae v. 5: praeberetque Iovi communia pocula Chiron. MUSGR.

1178 sq. ἀφαρπάζειν. Diog. La. I, 103 καὶ θαυμάζειν φησὶν (Anacharsis), πῶς Ἕλληνες ἀρχόμενοι μὲν ἐν μικροῖς πίνουσι, πλησθέντες δ' ἐν μεγάλοις. BROD. Cf. Plat. Symp. p. 213 et plura ap. Beckerum in Charicl. II, p. 286 sqq.

1179. Repone τεύχη. Alterum enim (σκεύη) est vulgi verbum a tragicis nusquam adhibitum; alterum vero probum et Euripide familiare. PORSON, qui multos affert nostri locos, in quibus Ionis vss. 146, 273 et 1184. Librorum lectio ipso metro excluditur.

1181. In P teste Vollgraffio est μόχθεις. Nam ante literam finalem est ea nota tachygraphica, qua indicari solet diphthongus ει.

1182. φιάλας. Cf. Poll. VI, 59. MUSGR.

1183. ὡς — δὴ tanquam — nimirum. Utraque particulo coniuncta significat quasi vero. Cf. Androm. 235, Aesch. Ag. 1633, cett.

1185. δραστήριον, efficax. Cf. supra 985, Aechylus Sept. 1041 μηχανὴ δραστήριος.

1187. εἶδεν pro ᾔδει emendavi *Verslagen* IV, 2, p. 190 sq. Similiter ᾖδον pro εἶδον nostro reddidi *Supplic.* vs. 844 ibidem IV, 1 p. 95.

1189. βλασφημίαν. Brodaeus conferri iubet Plat. Legg. VII, p. 800 B.

1192. σπονδὰς θεοῦ, scil. Διὸς σωτῆρος, potus mixtus ex aqua et vino (cf. 1195), dum meri poculum ἀγαθοῦ

δαίμονος sacrum potabatur ante mensas sublatas. Vide Beckeri Charicl. pag. 262 sq. Simul cum libatione paean canebatur. Xen. Symp. II, 1, Plato. Symp. p. 176.

1193. δίδωσι γαίᾳ. Ergo, nisi quis male ominata verba edidisset, non in terram fudisset, sed in mensam. MUSGR. Nullum novi locum unde appareat veteres libasse in mensam; neque enim ex hoc loco necessario sequitur quod putat Musgrave. Aperte enim hoc voluit poeta, Ionem omne vinum quod pocula continerent, humi fudisse, quum alioqui partem tantum libaturi partem potaturi fuissent, quod ni ita foret, stolidae fuissent paedagogi insidiae. Cf. pseudo-Antiphontis or. I § 19 sq.

1194. ἐκ δ' ἐπίμπλαμεν, explebamus (ad labia usque). Ex usu primae personae apparet nuntium 1123 recte in libris vocari θεράποντα. Oculatus testis rem narrat.

1195. ἱερούς. Malim ἱερῆς (imo ἱερᾶς), sacri roris. Cf. Plut. Mor. p. 716 de fonte quodam Delphico, ὅθεν ἐχρῶντο πρός τε τὰς λοιβὰς τῷ ὕδατι τούτῳ. MUSGR. Librorum lectionem commode interpreteris: sacro usui destinata. — Βυβλίνου. Cf. Hes. Op. 207 ibique Proclus. Ambigunt veteres grammatici, nomenne ductum sit a Thraciae flumine, an urbe, an monte. Ὄρη Βύβλινα memorat Aeschylus Prom. 812, sed in Africa, unde Nilus oriatur. Cf. Schol. et Athen. I, 24 et Hesych. i. v. Haec fere BRODAEUS. Schol. Aesch. dicit poetam montes istos finxisse ἀπὸ τῆς βύβλου. Papyrum primus memorat Homerus Od. Φ, 391 ὅπλον βύβλινον (cf. Her. VII, 25). Priorem vocabuli syllabam corripit Aesch. Suppl. 761 praeter morem.

1196. Malui cum Kirchhoffio κἀν τῷδε μόχθου, et ita corrigam Phoen. 1396 et Hel. 1537. Vide ad 1251. Cur deinde suspicer λόχος | κώμῳ declaravi *Versl.* IV, 2 p. 191, ita scribens: Non quaevis turba s. caterva, quod falso statuunt interpretes, a poetis κῶμος vocatur, sed ubicumque vocabulum sic positum videtur (Agam. 1189, Hipp. 55,

Phoen. 791, Suppl. 390; Troad. 1184 κομμούς l. cum Nauckio), subest notio, quamvis ironica, turbae festivae, comissabundae. Quapropter, nisi malumus putare perfrigide hic poetam iocatum esse, vocabulo κῶμος non de columbis sed de convivis usus esse videtur. — Qua coniectura simul liberamur importuno isto δόμοις, in quo iam haesit Reiske. Πελειῶν autem λόχος aeque recte dicitur ac παρθένων, γυναικῶν, similium.

1197. De sacris Apollini columbis consulatur Diodorus XVI, 27: ἀετὸς γὰρ ὑπερπετόμενος τὸν νεὼν τοῦ θεοῦ καὶ συγκυλισθεὶς ἐπὶ τὴν γῆν τὰς τρεφομένας ἐν τῷ ἱερῷ περιστερὰς ἐθήρευεν, ὧν ἐνίας ἀπ' αὐτῶν ἥρπαζε τῶν βωμῶν. Cf. ad 106.

1198. Aelianus H. A. III, 15: ὅπου δὲ ὀρνιθοθῆραι — ἄτρεστα ναίουσιν οὐκέτι, ἵνα εἴπω τὸ ἐπ' αὐτῶν ἐκείνων λεχθὲν Εὐριπίδῃ. — ἀπέσπεισαν. Cf. Antiphon I § 20. Quod coniecit Nauck ἀπεσπείσθη si in codice aliquo repertum foret, procul dubio foret recipiendum. Sed ferri tamen potest in tanta verborum perspicuitate subiecti mutatio, quae Dindorfii quoque est sententia. Erravit certe Matthiae de Reiskii coniectura lacunam statuens post hunc vs. Recte vero pro κεὶς, quod debetur librario illam subiecti mutationem non assecuto, εἰς rescripsit Heath.

1200. Inclusi ut veteris lacunae supplementum verba εὐπτέρους ἐς αὐχένας *Verslagen* IV, 2 p. 175 sq., tum quod ἕλκειν iam per se ab antiquis pro πίνειν usurpetur, tum quod inauditum sit antiquioribus αὐχήν pro gutture usurpatum. At ita scribens immemor fui loci Sophoclei ap. Athen. I, p. 23 (fr. 695): Σάτυρος παρὰ Σοφοκλεῖ τοῦτο φησιν, „ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ ἀνακειμένῳ μέσον εἰς τὸν αὐχένα εἰσαλοίμην. Pro ἐπικαιόμενος male ἐπικείμενος reponenti Ellendtio fidem habere videtur Dindorf. Nulla litera movenda, sed ita locus distinguendus: Σάτυρος παρὰ Σοφ. τ. φ. ἐπικαιόμενος τῷ Ἡρακλεῖ (i. e. Herculi succensens) „ἀνακειμένῳ — εἰσαλοίμην." Utinam ait Satyrus, Herculi accubanti (i. e. coenanti) in me-

dium guttur insilirem. (Athenaeus ibi agit de abusu verbi ἀνακεῖσθαι pro κατακεῖσθαι). Iam vero si αὐχένας gutt-tures interpretamur, vide quam absurdum sit epithetum εὐπτέρους, quod unde sumserit interpolator, docet vs. 1203. Recte igitur, ni fallor, posui cancellos.

1201. λοιβὴ θεοῦ. Cf. ad 1192.

1204. κἀβάκχευσεν intransitive, ut plerumque. Interdum transitiva verbo tribuitur potestas, velut Orest. 411, 835, H. F. 898, 966. Metaphorice de eo qui baccharum more furibundus corpus agitat, ut apud Latinos quoque bacchari (debacchari) saepe ponitur pro furere.

1204 sq. ὄπα ἀξύνετον libri. Quasi vero intellegi possit vox columbae non aegrotantis nec dolentis. Reposui ὀξύτονον, vocem acutam, stridentem. Soph. Ai. 630 ὀξυτόνους ᾠδὰς θρηνήσει, Philoct. 1093 ὀξυτόνων διὰ πνευμάτων, Aesch. Ag. 57 οἰωνόθροον γόον ὀξυβόαν, Sept. 320 ὀξυγόοις λιταῖσιν. Vulgatam lectionem neutiquam tuetur locus Antig. 1001 sqq.

1205. Vulgo e Heathii correctione editur αἰάζουσ' ἐθάμβησεν. Retinui codicum scripturam, quia et in nuntii oratione omitti potest augmentum, et gratiorem auribus caesuram obliterare non ausim. — αἰάζουσα, οἰμώζουσα. Illud pro hoc (utpote eius glossemate) reddebam Theopompo comico ap. Ath. I, p. 23 E. Stud. Crit. i. p. sc. gr. pag. 28. — θάμβησεν, ἐξεπλάγη, obstipuit; verbum Homericum rarum apud tragicos. Cf. Iph. A. 1561, Soph. Ant. 1246, Aesch. Suppl. 570. Substantivum θάμβος, quod iuxta cum τάφος Homerus adhibet, solus tragicorum habet noster Hec. 180, Rhes. 291.

1207. ἀπασπαίρουσα. Hoc compositum verbi ἀσπαίρειν, palpitare, hoc solo loco legitur. Eandem vim habet σφαδᾴζειν, quod male edi solet sine iota subscripto. — φοινικοσκελεῖς vox est alibi non lecta. Cf. supra 163.

1208. χηλὰς παρεῖσα. Minus recte vertunt pedes

demittens, quod Graecis male respondet et de iacenti intellegi nequit. Tu verte ungues remittens, resolvens. Cf. ad 744. — γυμνὰ — μέλη membris e pallio, reiecto scil., ut in graviore et corporis et animi motu fieri solebat, exsertis. Cf. Iph. T. 1404. Matth. Peius antiquiores interpretes cogitarunt de vestibus ob spectaculi horrorem dilaceratis. Io pallium, θοἰμάτιον, abiecit, ne mensam supersiliens impediretur. Similiter iam apud Homerum cursuros χλαῖναν abicere in vulgus notum est. Γυμνός Graece saepissime dicitur pro μονοχίτων, ἐν χιτῶνι, ἄνευ ἱματίου.

1209. ὁ μαντευτὸς γόνος. Cf. 1123, 1182, 1183, 1186, 1188, 1202, 1218 et denuo observa laudabile poetae studium idem variis modis significandi, ne imponant tibi librariorum errores, ubi exiguo intervallo idem vocabulum sine ulla causa repetitur, quo errorum genere hoc corruptissimum drama imprimis laborat. Cf. ad 19.

1210. κτανεῖν. Cf. ad 665.

1213. ἐρευνᾷ — λαβών. Quod facere non poterat stans in mensa, ita ut vel hinc appareat perperam Musgravium interpretari verba ὑπὲρ τραπέζης, in mensam (unde audiri et conspici ab omnibus posset). Μέλη ὑπὲρ τραπέζης ἧχ' ipsa sermonis ratio docet significare ὑπερεπήδησε τὴν τράπεζαν. Humiles veterum mensas fuisse novimus e monumentis antiquis.

1214. πρέσβυν ὡς ἔχονθ' ἕλοι. Omnes praeter Musgravium male tentarunt duo ultima vocabula, Reiske ὡς ἁλόντ' ἔχοι (quam coni. repetivit Kirchhoff) vel ὡς ἑλὼν θένοι, Hartung ὡς κτείνοντ' ἔχοι, Dindorf ὡς λαβὼν ἔχοι. Ipse, ne mihi parcam, *Stud. crit.* pag. 35 refutatis illis coniecturis suspicabar fortasse post hunc vs. unum versiculum periisse, cuius sententia fuerit: Vasculum aliudve instrumentum, unde paedagogus venenum infuderat. Quae scribens ignorabam Musgravium probabiliter coniecisse πρέσβυν glossema esse, quod expulerit φάρμακ', obiectum participii ἔχοντα. Simile interpretamentum deturpat locum He-

cubae 785, ubi auctor tibi sum, ut deleto γυνή substituas ποτέ, nisi forte putas Fortunam recte dici εὐτυχῆ γυναῖκα.

1215. ὤφθη δέ, suppleas ἔχων φάρμακα e praegressis, non solum φάρμακα (subiectum), ut voluit Musgrave.

1216. τόλμας pro singulari, ut Hipp. 414 et Suppl. 449. — πώματος. Glossa est Hesychii πῶμα· ἔκπομα, sed nullus exstat apud auctores locus, quo hic usus stabilitur. Hic et ubique est potio, quod sequioribus est πόμα. Monendum erat, quia fuerunt qui hic intellegerent poculum.

1218. πυθόχρηστος. Cf. Aesch. Cho. 901.

1219. De hoc procerum senatu vid. c. O. Muellerus in Doriensium vol. I, p. 211. HERMANN. — σταθείς pro στάς est sermonis tragici.

1220. Si nihil peccatum a scribis, cum Dindorfio distingue post ὕπο et post γυναικός. Cf. κτείνουσαν 1224.

1221. ἐθνήσκομεν recte Hartung. Imperfectum est de conatu.

1222. πετρορριφῆ θανεῖν. Cf. ad 1112. Capitis damnati sacrilegi et impii a sacro illo senatu deiciebantur ab ardua rupe Delphis vicina (800 pedes eminenti supra urbem) cui nomen Φαιδριάδες s. Φαιδριάς. Cf. Diod. XVI, 28, Plut. de ser. num. vind. 12, Lucian. Phal. I, 6, Suid. s. v. Αἴσωπος et Φαιδριάς [1]).

---

1) »Hier (bei dem auf dem Trümmern von Delphi gebauten Kastri) steigert sich der Karakter des schon früher imposanten und wilden Thals zur grossartigsten, feierlichsten Erhabenheit, an der kaum eine andere Gegend Griechenlands sich mit Delphi messen kann, und wer die Thalschlucht gesehen hat, begreift auch jetzt noch leicht, wie man einst gerade hier die Göttliche Offenbarung zu vernehmen glaubte. Senkrecht steigen an der Nordseite über dem Orte die Felse empor, welche im Alterthum die Phaedriaden hiessen, jetzt Φλεμπούκος der östliche, 'Ροδινί der westliche. Zwisschen ihnen zieht sich eine enge Schlucht in dem Berg durch die von der Höhe ein Giesbach herabstürzt. Nach dem er die am Fusse des Phlembucos hervorsprudelnde Kastalia aufgenommen hat, eilt er in jähen Bette dem tief unten im Thale vorbeifliessenden eine starke viertelstunde entfernten Pleistos zu. Auf dem abhängigen Gelände zwisschen

Cacuminis dicti olim Ὑαμπείας (hodie Φλεμπούκου) faciebat partem, cuius MM pedum est altitudo. In summo vertice hodie stat turris vetustate semiruta, Ἐλαφάκαστρο nomine.

1223. *οὐ ψήφῳ μιᾷ*. Interpretatur Barnes: communibus suffragiis, non uno tantum calculo. Sed huic sensui convenit melius *ψήφῳ μιᾷ* sine negatione. Videndum an legi possit, ut Reiskius emendavit, *ἐν ψήφῳ μιᾷ*, ubi *ἐν* redundabit, ut in phrasi *ἐν λιταῖς* Philoct. 61. cett. MUSGR. *Aesch. Suppl.* 943 *μία ψῆφος κέκρανται.*

1224. *τὸν ἱερὸν*. Damnatur non tantum caedis, sed simul impietatis; nam impios et sacrilegos Delphicus senatus iudicabat.

1226. Versus est pulcherrimus, cuius vim et efficaciam me iudice non parum frangunt duo vss. sequentes, quos interpretandi libido vereor ne invexerit. Cf. *Verslagen* IV, 2, p. 179.

1227. *ἐλθοῦσ' εἰς ἔρον* interpolator dedisse videtur pro *ἐπιθυμήσασα* et probabiliter scripsit *Φοίβου*, ut coniecit Matthiae. Ita tamen sententia est liberos cupiens a Phoebo, non quod dicere debuerat: *παρὰ Φοίβου πυθέσθαι βουλομένη περὶ παίδων*, ut locum idem vir doctus interpretatur. Itaque ipsa auctoris infantia confirmat quod supra suspicabar. Augetur suspicio eo quod nuntius ignorabat Ionem Creüsae filium esse, id autem ignorans quo tandem pacto dicere potuit *τὸ σῶμα κοινῇ τοις τέκνοις ἀπώλεσεν*? Si vero intellegimus Xuthi liberos, misere debilitatur vis oppositionis. An is qui vss. composuit sic eos voluit intellectos: Nam a Phoebo liberos cupiens corpus suum una cum liberis futuris (quos fortasse olim paritura erat) prodidit? Silent interpretes, nec mihi

---

dem Felsen und dem Pleistos lag halbkreisförmig die alte Stad. — Jenseits des Pleistos nach Süden erhebt sich sanfter und weniger hoch als die parnasische Felsen der Kirphis, mit seinen zum Theil grünen Abhängen einen schönen Contrast zu den nackten glänzenden Phädriaden bildend." VISSCHER, *Erinnerungen und Eindr.* S. 606.

liquet, sed hoc video frigidissimam esse eiusmodi sententiam. Quod interpretatur Badham εἰς ἔρον propter disiderium, id dicendum fuerat δι' ἔρον vel ἔρωτι, ut est 66 sq.

1230. παρατροπά, declinatio, effugium. Andr. 527 μόρου παράτροπον μέλος. Alibi nec παρατροπή nec παράτροπος nec παρατρέπω in tragoediis reperitur. Hel. 360 ἀποτροπὰ κακῶν, Phoen. 586 ἀπότροποι κακῶν, H. F. 821 ἀπότροπος — πημάτων.

1231. Metri forma parum probabilis, quocirca delevi voculam γάρ obsecutus Dindorfio. In sequentibus versus digessi ad eiusdem viri docti exemplum.

1232. Construe: σπονδᾶς ἐκ βοτρύων Διονύσου μιγνυμένας θοαῖς σταγόσι φόνῳ ἐχίδνας, quae dura est appositio. Reiske coniecit φόνου; eleganter Musgrave σταγόνι φονεῖ, apte comparans ξίφους φονέως ap. Soph. Aiac. 1050. At ita retinendum fuerit θοᾶς.

1234. θύματα νερτέρων suum vocat supplicium. Apposite Musgrave laudat H. F. 453 et Lycophron 1188.

1237. λεύσιμοι καταφθορχί. Cf. ad 1112 et 1220.

1238 sqq. σκότιον μυχὸν iam Madvigium proposuisse nunc video. Emendationem confirmat aliquatenus lectio Palat. Androm. 862 κυανόπτερος ὄρνις εἴθ' εἴην ἢ πευκᾶεν σκάφος κτἑ., Med. 1122 φεῦγε, φεῦγε μήτε ναΐαν λιποῦσ' ἀπήνην μήτ' ὄχον πεδοστιβῆ. Soph. Ai. 245 ὥρα τιν' ἤδη — ποδοῖν κλοπὰν ἀρέσθαι, ἢ θοὸν εἰρεσίας ζυγὸν ἑζόμενον ποντοπόρῳ ναΐ μεθεῖναι. Hecub. 1099 ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ; ἀμπτάμενος οὐράνιον ὑψιπετὲς ἐς μέλαθρον — ἢ τὸν Ἅιδα μελάγχρωτα πορθμὸν ᾄξω τάλας; Orest. 1375 πᾶ φύγω — πολιὸν αἰθέρ' ἀμπτάμενος ἢ πόντον κτἑ.; Phoen. 163 ἀνεμώκεος εἴθε δρόμον νεφέλας ποσὶν ἐξανύσαιμι δι' αἰθέρος κτἑ. Cf. Aesch. Suppl. 778 sqq., 792 sq.

1240. λεύσιμον suspectum post λεύσιμοι 1236 [1]). Possis

1) Ob eandem causam suspecta mihi est lectio Plaut. Mercat. 197:

μόρσιμον vel *πτώσιμον* vel denique *κλαύσιμον ἄταν*. Cf. Rhes. 636 *μορσίμους σφαγάς*; Aesch. Suppl. 788, ibique Oberdick. Adi. *πτώσιμος* bis usus est Aeschylus. Eadem dubitatio est Agam. 118, ubi unum ex tribus hisce adiectivis requiro pro *λευσίμου*.

1241 sq. *τεθρίππων ὠκίσταν χαλὰν* audacter dictum pro *ἅρμα ἐζευγμένον τέτταρσιν ὠκέσιν*, sive *ὠκείαις*, *ἵπποις*. Phoen. 808 *τετραβάμοσι χηλαῖσι*. Soph. El. 861 *χαλάργοις ἐν ἁμίλλαις*, ubi Schol. *χηλὰς δὲ ἀντὶ τῶν ὁπλῶν παρέλαβεν*.

1243. *πρύμνας ἐπὶ ναῶν* = *ἐπὶ νεώς*. Iph. A. 1319 *ναῶν πρύμνας δέξασθαι*.

1246 sqq. *τί* — *μένει σε παθεῖν*. Paene constanter hoc sensu *μένει* habet Accusativum. Troad. 431 *οὐκ οἶδ' ἅ νιν μένει παθεῖν*. Cf. Hipp. 369, Iph. A. 1518, Her. 60, 276, H. F. 1152, Or. 1659, Rhes. 818, Troad. 245, Hel. 803, Aesch. Prom. 605, Soph. Aiac. 641. Rarissimus est Dativus. Aesch. Pers. 807 *οὗ σφιν κακῶν ὕψιστ' ἐπαμμένει παθεῖν* et Eur. fr. 733 *τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποισι κατθανεῖν μένει*. Cum sequenti sententia compara veteris poetae (sive Ennius est sive Accius) verba ap. Cic. Tusc. II, 17, 39: Qui alteri exitium parat, | eum scire oportet sibi paratum, pestem ut participet parem. Cf. Hesiod. Op. 265 sq.

1247. Scripsi *ἆρ' ἐθέλουσαι*, quia hanc formam tragici praeferre solent in anapaestis alteri, quae iambis magis est propria.

1250. *θανασίμους σφαγάς*. Cf. Hec. 571, Soph. O. R. 560.

1251. (*ψήφῳ*) *κρατηθεῖσ'* = *ἁλοῦσα*, i. e. damnata.

ib. *ἔκδοτος δὲ γίγνομαι*, scil. ab hospitibus, ad quos Creüsa post colloquium cum paedagogo se contulit. Cf. 1039. Hinc igitur se proripiens regina haec verba clamat. Vide

---

„verum video me [iterum] ad saxa ferri saevis fluctibus," postquam modo dixerat: „saevis tempestatibus." Longe malim: salsis fluctibus.

mox 1253. Verbum γίγνομαι redde nostro fr. 258, 2, ubi sermo Graecus postulat: καὶ κέρδος αὐτῷ τοῦτο γίγνεται (pro ποιεῖται) μέγα.

1252. ἵν' εἶ τύχης, ubi sis fortunae, i. e. quo statu fortunae verseris. Ita Sophocles ἵν' εἶ κακοῦ O. R. 367, 413, Ai. 386. Ita ipse Euripides Hel. 1445 ἵνα — τῆς τύχης. Barn. Adde Soph. Ai. 314 ἐν τῷ πράγματος (cf. Elect. 922), Trach. 375 ποῦ ποτ' εἰμὶ πράγματος; Antig. 42 ποῦ γνώμης ποτ' εἶ; ib. 1229 ἐν τῷ συμφορᾶς διεφθάρης; El. 390 ποῦ ποτ' εἶ φρενῶν; ib. 936 ἵν' ἦμεν ἄτης, ib. 1035 οἷ — ἀτιμίας. ib. 1174 ποῖ λόγων ἔλθω; Eurip. Orest. 684 ὅπῃ — τύχης, Hel. 738 οὗ τ' ἐσμὲν τύχης, cett. Cf. Oed. Col. 1358, ut supra correxi ad 656.

1253. προὔλαβον — πόδα, i. e. ἔφθασα φεύγουσα. A verbo φθάνειν abstinuit Sophocles, nec magis utitur compositis, Aeschylus semel (Pers. 752) φθάνειν, semel προφθάνειν dixit (Agam. 1028), utrobique in Part. Aor. I, φθάνειν saepe est apud Euripidem, semel προφθάνειν, Phoen. 1385 (προφθῆναι). Ὑποφθάνειν apud tragicos non exstat.

1254. κλοπῇ, κλοπαία, furtim.

1255. βωμόν. Cf. Paus. X, 14 § 4, cui memoratur βωμὸς ὁ μέγας, quae ara hic videtur intellegenda.

1257. καὶ μήν, ecce vero. His particulis frequenter apud tragicos nuntiatur personae adventus.

1269. προστρόπαιον αἷμα θήσεις, piacularem reddes tuam sanguinem, i. e. interfectori tuo piaculum ex caede tua inferes. Cf. H. F. 1161. Cf. ἀραῖος. Saepe προστρόπαιος idem est quod ἐναγής. Cf. Aesch. Eum. 177, H. F. 1259, Heracl. 1015.

1261. ταυρόμορφον. Tauriformes fingi ab antiquis fluvios notum est. Hinc Nestoreae navis insigne Iph. A. 275, Alpheus, vocatur σῆμα ταυρόπουν et Achelous in Soph. Trach. init. Deianiram variis indutus formis uxorem petit a patre: φοιτῶν ἐναργὴς ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος δράκων ἑλικτός, ἄλλοτ'

ἀνδρείῳ κύτει βούπρῳρος. Orest. 1378 Oceanus vocatur ταυρόκρανος. Causae cur sic repraesententur ab artificibus et poetis variae redduntur a Schol. ad Orest. l. l. et Strabone IX prope fin. Hinc nomen fluminis Ταῦρος (ap. Soph. fr. 20) prope Troezena, quod pro inepto αἰδώς reponendum suspicabar Euripidi Hippol. 78 *Mnemos.* IV pag. 369 sq. Cf. *Verslagen* IV, 2, 161. Hor. Carm. IV, 14 tauriformis volvitur Aufidus. Horum locorum partem iam contulit Barnes, qui monet Cephisum patrem fuisse Diogeneae, quae Phrasimo nupta pepererit Praxitheam Erechthei, qui Creüsae pater fuit, uxorem, cl. Apollod. III, 14, 1. Cephisum καλλίναον poeta vocat Med. 835.

Ib. ὄμμα et ὄνομα periphrastice interdum usurpari notum est. Cf. Alc. 1133, Soph. Trach. 527, Ai. 977, cett. Sed loco Aiac. 140 φήνης ὡς οἶμα legendum esse partim cum Piersono demonstrare conatus sum *Stud. Crit. ad poet. Sc.* pag. 6 sq. Hoc loco σῶμα coniecit Nauck.

1262. ἔχιδναν — δράκοντα. Aesch. Cho. 994, Soph. Ant. 531, Alc. 310 ἐχίδνης οὐδὲν ἠπιώτερα, Androm. 271 ἐχίδνης καὶ πυρὸς περαιτέρω, Or. 479, 1424 ὁ μητροφόντης δράκων. Cf. 1406 ib., Med. 1342 λέαιναν, οὐ γυναῖκα κτέ., cf. ib. 1357 sq. et 1407, Orest. 1555 δισσοῖν λεόντοιν, οὐ γὰρ ἄνδρ' αὐτὼ καλῶ. Cf. 1401. Dem. XXV § 52 et § 96, Theogn. 601 sq. Apud Plautum saepe mulieres audiunt anguis, excetra, simil.

1263. ἀναβλέποντα — φλόγα. Talia de serpentibus commenta apud veteres non penitus fide indigna iudicata sunt. Diod. Sic. III 37 ἀποφαίνονται ὄφεις διὰ τοῦ πυρωποῦ τῶν ὀφθαλμῶν ἀστραπῇ παραπλησίως ἀποτυφλοῦν τὴν ὅρασιν. Musgr.

1270. χὐπὸ μητρυιὰν πεσεῖν. Dativus est Heracl. 231. Cf. H. F. 1384.

1271 ἐν συμμάχοις sic intelligo: inter eos qui mihi opem laturi erant. Hermann. Verba iniuria tentantur, quare coniecturas non memoro.

1273—1274. Kirchhoff pro περιβαλοῦσα ci. παραλαβοῦσα, Wecklein, *Eur.* p. 336, περιλαβοῦσα, male Dobree δικτύων pro δωμάτων. Cur hos vss. spurios iudicem explicui *Verslagen* IV, 2, p. 170.

1281 suspectus Cobeto V. L. ed. alt. p. 596. Et abesse sane poterat.

1275. pro δόμος Sybel malit βρέτας. Cf. Andr. 161 κοὐδέν σ' ὀνήσει δῶμα Νηρῆδος τόδε, | οὐ βωμὸς οὐδὲ ναὸς, ἀλλὰ κατθανεῖ.

1276. Ut vulgo locus scribitur, sensum idoneum non admittit, quare pro οἶκτος ὁ σός reponendum esse εἰκότως suspicabar *Verslagen* IV, 1, p. 100, ut sententia haec esset: Ille enim (sc. Apollo), ut par est, mihi meaeque matri adest praesentior (vindex, quam tibi). Ignorabam tunc Badhami coniecturam vs. sequenti pro καί reponentis τῇ, ut dicat Ion: misericordiam, quam Creüsa sibi vindicet, magis apud se valere erga matrem suam. Quam correctionem ut et leniorem et aptiorem nunc praetuli. Ad vocabula οἶκτος ὁ σός cf. Androm. 62 οἴκτῳ δὲ τῷ σῷ.

1266 sq. πλοκοὺς κόμης. Elect. 527 χαίτης πλόκος.

1267. καταξήνωσι. Suppl. 503 πέτροις καταξανθέντες ὀστέων ῥαφάς, Phoen. 1145. Verbum proprie usurpatur de carminanda lana. Polluc. VII, 30 ἔξαινε δὲ τῶν ἐρίων Ἀριστοφάνης ἔφη, καὶ καταξῆναι Πλάτων ὁ κωμικός.

1268. δισκηθήσεται, i. e. ῥιφθήσεται, ut cognatum δικεῖν apud poetas valet πεσεῖν. Astyanax de turri deiectus Troad. 1121 πύργων δίσκημα πικρὸν vocatur. Cf. supra ad 325. Dindorf edidit δισκευθήσεται, pro qua forma militat analogia verbi τοξεύειν, aliorum. Sed alteram formam habent Homerus Od. θ, 188 et Pindarus Isthm. II, 51, eamque Euripidem quoque usurpasse suspicor ob δίσκημα, quod l. l. legitur sine varietate. Ceterum non ευ sed κ superscriptum esse contendit Vollgraff, quod tamen nota de causa critico perinde est.

1283. ὑπὲρ ἐμαυτοῦ, meo nomine. DOBREUS.

1286. Nauck edidit κᾆτ' ἔκτανες σύ. Sed cf. ad 1291

1288. Correxi *Stud. Crit.* pag. 35: Sed fuimus ante (Apollinis), possessionem volo (non filium). Fuerat emim ἱερόδουλος. Postea vidi iam Heathium eadem sententia proposuisse τὸ πάτρος. Sed probabilius puto πρός habitum esse pro noto compendio substantivi πατρός, quo facto syllabam θεν cogente metro exulasse. Multo minus placet quod nuper *Verisim.* pag. 240 sq. proposuit Kock. ἀλλ' οὐ 'γενόμεθα πατέρα Λοξίαν λέγω, quae ratio et violenta est et obscura.

1290. τἀμὰ — εὐσεβῆ, i. e. ἐγὼ εὐσεβής.

1291. ἔκτεινα σ'. Cf. 1500. Longe frequentius hoc sensu (in significando conatu) est tempus imperfectum. Hic sermonis usus, quo res tentata ponitur pro re peracta, Teucro occasionem praebet irridendi Menelaum in altera Aiacis Sophocles parte (vs. 1127), quam poetam post priorem (1—1039) addidisse nollem. Recte tamen de ea iudicat Dindorf in ed. Oxon. (1860) p. 12.

1294. πανοῖς, taedis. Fr. 91 πόθεν δὲ πεύκης πανὸν ἐξηῦρες λαβών; Eandem vocabuli formam e Sophocle citat Photius in voce πανόν. Eandem habet Aeschylus Ag. 284, ubi vide Blomfieldi glossarium. Ergo hanc probarunt tragici. Apud reliquos scriptores modo haec, modo altera forma φανός apparet, quae fortasse magis pertinet ad vitae communis usum. Cf. φιδάκνη, ἀσφάραγος, λισφός, σφόγγος, alia. Lobeck. Phryn. p. 113. Pro φάτνη Lacones dicebant πάτνα. Recentiores Graeci subst. φανός usi sunt pro λυχνοῦχος, i. e. laterna.

1300. μέλλειν. Supple οἰκεῖν τὰ σά e vs. praegresso.

1301. μὴ μέλλων. Si sana est scriptura, hic μέλλειν est morari, itaque hoc dicit Creüsa: te interficere volui metuens ne ipsa tua manu caderem, si tu forte sine mora ageres, i. e. statim de mea nece consilia agitares. Similiter in

utraque verbi *μέλλειν* significatione poeta ludit fragm. 459: *εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φῄς, κτείνειν πόσις,* | *χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρήλυθεν.* Cf. A. Gell. N. A. VI. 3, 29, qui haec verba affert. Fateor tamen paullo duriorem esse h. l. interpretationem, propterea quod nemo non lector hic post *μέλλων* primo obtutu suppleturus sit *οἰκεῖν τἀμά.* Quocirca fieri potest, ut potius aut *τἄμ' ἔχων* aut *τῶν ἐμῶν*, quae ego et Hartung coniecimus, sit genuina scriptura.

1303. *ἀναρπάσει*, non diripies, ut vertunt, sed pessumdabis, funditus tolles. Cf. 1293, Phoen. 1079.

1297. *τῆς Παλλάδος*, sc. *γῆς*, repetendum e vs. praecedenti, ut apparet ex *αὐτήν* vs. seq., quod potius ad *γῆν* referendum quam ad *Παλλάδος.*

1298. *οὐ λόγοις.* Sensus est: servavit eam armis, i. e. re et facto, non iactationibus et promissionibus. SEIDLER. Nihil ad rem, quo pacto servaverit, modo servaverit. Potius credo hoc dicere Ionem: armis (itaque factis) servavit pater meus Atticam, non verbis, itaque non verbis (i. e. gratiis agendis) remunerandus fuit, sed re, i. e. agrorum possessione et regno. Loci laudati ab Hermanno, Suppl. 749 (qui vs. depravatus non sanatur Madvigii coniectura *ταράγματα*) et Iph. T. 794, nil conferunt ad huius loci intellegentiam, nec. viro ingenioso credendum, Euripidem hic Cleonem notare voluisse. Ipsi tamen non displicet *ἐν πόνοις*, Iacobs coniecit *ὡς λέγουσ'*, Hartung *συμμάχοις.* Mihi in mentem venit *καὶ λόχοις.* Sed locum sanum esse nunc credo. — Ceterum experientia doctus est Xuthus, quam vera sit sententia expressa a poeta fr. 504, cuius particulam hanc adscribo: *πλοῦτος δ' ἐπακτὸς ἐκ γυναικείων γάμων ἀνόνητος.*

1304. *ἀλλά*, saltem. Cf. supra ad 426. — *πατρικῆς*, sc. *οὐσίας.*

1305. *ἀσπὶς ἔγχος θ'.* Iph. A. 772 *δοριπόνοις ἀσπίσι.* Cf. Soph. fr. 374 b.; Ar. Pac. 353, Vesp. 1076 *σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι.* E corruptela *ἔγχος* natum esse puto Eur. Suppl. 22,

ubi exspectabam: τὸ κῆδος (pro τ' ἔγχος) τήν τε δυστυχεστάτην στένων στρατείαν. — παμπησία. Aesch. Sept. 818, Ar. Eccl. 868. Cf. παμπληθία, παγκληρία, παντευχία, πανοπλία. Memorabilis est in hoc substantivo vocalis η̄, quum tamen πεπᾶμαι, πάτωρ, et reliqua derivata servent vocalem ᾱ.

1306. θεηλάτους ἕδρας explico dei instinctu vel deo auctore aedificatas, ut ad fabulam respiciatur, qua ipse sibi Apollo Delphos oraculi sedem delegerit et derignaverit. Matth. Itaque intellexit θεοδμήτους. At non de Delphis neque de oraculo hic agitur, sed de ara, in qua Creüsa consederat. Ego hic et O. T. 256 θεήλατος simpliciter pro θεῖος dici crediderim. Cf. 1392. Amant poetae sonora huiusmodi vocabula, ut χρυσήλατος, ἀργυρήλατος, θεσπέσιος, εὐρυεδής, μονόστολος, cett.

1307. Notabile hyperbaton. Construe: τὴν σὴν μητέρα, ὅπου σοι ἐστί, νουθέτει. Cf. supra ad 671 et 731. Matthiae comparat Soph. Trach. 98. Adde O. R. 1251 χὤπως μὲν ἐκ τῶν δ' οὐκέτ' οἶδ' ἀπόλλυται.

1308. ὑφέξεις ζημίαν, i. e. δίκας δώσεις. — κτείνουσ' est participium Imperfecti = ἥτις ἔκτεινες, quae occidere me tentabas. Cf. 1328. H. F. 18 ἐξευμαρίζων non in Infinitivum mutandum cum Nauckio.

1309. ἀδύτων. Sic audiunt omnia loca ἄβατα et inviolabilia; h. l. ἐντὸς ἀδύτων τῶνδε = ἐπὶ τῷδε τῷ βωμῷ.

1310. θεοῦ ἐν στέμμασιν (absoluta sententia in fine vs. addidi literam ἐφελκυστικήν) i. e. super aram. Aras enim sertis redimere mos erat. Ovid. Trist. V, 5, 9. Archias in Anthol. οὔτ' ἐπιδευῆ εἴαρος ἀθρήσει βωμὸν ἐμὸν στεφάνων. Musgr. Hic cogitarim de aris lauro redimitis. Cf. ad 422. Agi haec finguntur extra sacrum templi praecinctum. Vide mox 1321.

1314 sq. οὐχ ἵζειν ἐχρῆν, | ἀλλ' ἐξελαύνειν (sc. χρῆν αὐτούς). Liberior structura; nam quod ad ἵζειν est subiectum

(τοὺς ἀδίκους) repente fit obiectum verbi ἐξελαύνειν. Similis sententia fr. 1036: ἐγὼ γὰρ ὅστις μὴ δίκαιος ὢν ἀνὴρ | βωμὸν προσίζει, τὸν νόμον χαίρειν ἐῶν | πρὸς τὴν δίκην ἄγοιμ' ἂν οὐ τρέσας θεούς· κτἑ.

1316. τοὺς δέ γ' ἐνδίκους. Dobraeus. Χρὴ cum Dativo constructum frustra defenditur exemplo Sophoclis Antig. 736, ubi vide quae annotavi. Dind. adn. Oxon. Obiter χρὴ pro δὲ δεῖ redde Homero Il. IX, 337. Nam δεῖ serioris est aevi.

1318. ἐπὶ ταὐτὸ τοῦτ' ἰόντε explicant in eundem hunc locum venientes. At potius intellegendum idem hoc petentes, scil. salutem. Nam ἰέναι ἐπί τι noto usu est petere aliquid. Illa sententia requireret εἰς.

1320. Hinc in antiquis edd. incipit actus Vtus. — τρίποδα χρηστήριον. „Das erste der beiden τρίποδα (cf. 1322) ist „wohl nichts anders, als eine freie Ueberschrift der Erklä- „rung, weil die Pythia auf dem Dreifuss zu sitzen pflegt, „wozu nun χρηστήριον vortrefflich passte. Darunder wird ge- „standen haben δῶμα — χρηστήριον. Vgl. Phoen. 35, Ion. „526." Heimsoeth, *Krit. Stud. zu d. G. T.* pag. 161. Et habet nescio quid ridiculi librorum lectio, quasi semper tripodi insideret Pythia, ut ovo gallina.

1321. θριγκὸν τόνδ'. Septo enim saxis structo inclusum erat adytum templi, in quo erat tripus. Monuit Muellerus in dissertatione de tripode Delphico p. 14 addens Andr. 1113, ubi ἀνακτόρων κρηπὶς vocatur. Hermann. Cf. supra ad 510. Sermoni tragicorum melius convenit θριγκοὺς τούσδε, quod Dobree, vel θριγκὸν τόνδε, quod Dindorf coniecit. Cf. Rhes. 844, 989, Alc. 832. Similiter ὑπερβαίνειν perpetuo construitur cum casu quarto. Cf. supr. 514, Bacch. 653, Med. 382, cett. Badham pro ποδὶ edere maluit πόδα.

1322. τρίποδος — σῴζουσα referendum fortasse ad ipsum praegressum Φοίβου προφῆτις. Ex antiquissimis enim temporibus suam semper habebat Apollo interpretem aliam post aliam. Seidl. Vid. Aeschyli Eumenid. prologum. Dind.

1324. λεγόμεθα γ'. Post particulas ἀλλ' οὖν uno alterove vocabulo interposito plerumque adhiberi γε monui ad Aesch. Prom. 1070 (Edimb. Rev. 17, p. 242). ELMSL. ad Heracl. 689. Paley scribit ἐλεγόμεθ', Nauck ἐλεγόμεσθ'. Iph. T. 985 λήψομαι pro ληψόμεθα corrigendum esse monui *Versl.* IV, 2, 205.

1325. ἔκτεινεν est Imperfectum, ut ἔκτεινες 1408.

1328. Vide ad 1025.

1331. μὴ ταῦτα, sc. δρᾶ. Saepius in comoedia ταῦτα apparet in responsis eorum, qui aliquid iubentur pro ταῦτα δρῶ vel δράσω. Eiusmodi ellipsis est μή μοι σύ Med. 964, alibi. Vid. ad 1335. Vix opus est Nauckii coniectura μὴ δῆτα. — λεῖπε δ' pro λείπων postulante sermonis proprietate correxi *Stud. Crit. cett.* pag. 36. Constanter enim Graeci in hoc orationis genere adhibent Aoristi Participium, quod hic metro excludebatur. Nec offensione caret asyndeton. Cf. 1306 et 1335.

1333. καθαρός, puris manibus, ἁγνός.

1335. μὴ σύγε (κτεῖνε). Cf. Phoen. 532.

1336. Nauckius malit: εὔνους δ' οὖσ' ὅσ' ἂν λέξῃς ἐρεῖ, h. e. benevola, quaecumque dixeris, dices. Dubito.

1337. χερὸς ὑπαγκάλισμ' ἐμῆς. Recepi probabilem Elmslei emendationem ad Heracl. 42, quam iniuria reprehensam a Matthiaeo bene defendit Badham, monens merito ab Elmsleio hanc concessam esse poetae licentiam, ut gestum, in quo simul manu et lacerto utimur, soli manui tribueret. Ἄγγους κύτος, quod Iacobsius proposuit, et ἄγγους πλέκος, quae est Musgravii coniectura, longius absunt a librorum lectione.

1338. ἐν στέμμασιν. Cf. 1389.

1341. σιγῇ γὰρ εἶχον αὐτά. Cur Nauck malit κρυφῇ, non assequor. Ipse malim cum Reiskio αὐτό, ut in vs. seq. legitur singulari numero τόδε, et similiter 1346 praetulerim τόδε. Cf. ad 1355.

1347. ἐνθύμιον — τίθησι, animo indidit.

1352. ζητήματα, praegnanter quaerendi indicia, τεκμήρια.

1355. αὐτά hic recte habet, referendum ad σπάργανα et ζητήματα. Cf. mox 1357 sq. et 1361.

1356. Ioni cur tribuat Nauck, non intellego. Dindorf comparavit Troad. 927.

1357. Τάχ' recte Lud. Dindorf, sed praeterea malui αὐτήν, quia et notioni ipse vix locus est et durior videtur obiecti omissio. Notum est varios casus genera et numeros huius pronominis scribi per compendium αὖ, ita ut ubique nostri iudicii sit, quid scribi oporteat.

1364—1368 spurios esse vidit Hirzel. Nauck. Absurde adduntur post praegressa, et obscurum quid sibi velit clausula ὃς μετέσχε τῆς τύχης, qui fortunae particeps fuit.

1369. ὑγρὸν δάκρυ. Cf. supra ad 105. Suppl. 8 ὑγρὰ — σταγών, Bacch. 279 βότρυος ὑγρὸν πῶμα, Iph. A. 948 ὑγρῶν κυμάτων, Hel. 1209 ὑγροῖσιν ἐν κλυδωνίοις ἁλός, Soph. Ant. 1123 ὑγρῶν ῥεέθρων, Aesch. Suppl. 255 ὑγρᾶς θαλάσσης. — βάλλω. Hoc verbum obiter restituatur Sophocli Electr. 719, qui scripsisse videtur: ἤφριζον, ἢ σφ' ἔβαλλον κτέ. Vulgo sine sensu εἰσέβαλλον.

1371. ἀπημπόλα odioso verbo utitur pro προΐετο. Non raro enim adhibetur de iis, qui pretio corrupti aliquem produnt. Cf. Troad. 983, alibi. Iis quae mox addit vs. 1378 sq. mitigat horum verborum duritiem.

1372. μαστὸν ἐπέσχεν. Cf. Androm. 225, Hom. Il. XXII, 43, infra 1492. — ἀνώνυμος, ἀγνώς, ἀνάριθμος.

1373. οἰκέτην βίου, ut ἱερόδουλος. Primitivum pro possessivo.

1374. δαίμονος, τύχης, ut saepe.

1376. τι τερφθῆναι βίου. Genetivus est partitivus. Nam τέρπεσθαι apud Atticos construitur cum Dativo tantum substantivorum, neque apud Homerum cum Genetivo iun-

gitur nisi in Aoristis passivis, ubi significant satiari. Ad Acc. τι cf. 541 τερφθεὶς τοῦτο.

1378. ὡς ταὐτὸν πάθος πέπονθε, quod idem passa est, quid sibi velit, declarant sequentia. Ut enim filius matre, sic matre filius carebat.

1382 sq. Cf. supra 594 sqq.

1383. σιγῶντ' ἐᾶν, silentio rem tegere et missam facere, itaque matrem non exquirere.

1385. καίτοι τί πάσχω; formula est mutantis consilium. Med. 1049 καίτοι τί πάσχω; βούλομαι γέλωτ' ὀφλεῖν ἐχθροὺς μεθεῖσα τοὺς ἐμοὺς ἀζημίους; Toto coelo diversum τί πάθω; quid me fiet?

1388. Sententia frequens apud Homerum. Ex nostro cf. Heracl. 616, Rhes. 634. Aesch. Sept. 281, Plat. Gorg. p. 512 extr., ubi vid. Heindorf. Ad secundam personam ὑπερβαίης cf. Aesch. Sept. 719. θεῶν διδόντων οὐκ ἂν ἐκφύγοις κακά. Soph. El. 693 cum Meinekio scribe: ὅταν δέ τις θεῶν | βλάπτῃ, δύναι' (pro δύναιτ') ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν. Ex Wakefieldi coniectura ὑπερβαίη τις ἂν dedit Dindorf. Barnesii correctionem ut leniorem praetuli. Oed. Reg. 120 absurde scribitur ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν. Conieci ἐξεύροιν μαθών, vel: ἐξεύροι μαθών — λάβοι τις, quod praefero.

1390. οἷσι τἄμ' ἐφρουρήθη φίλα. Silent interpretes. Versio latina habet: in quibus ipse custoditus sum. Male procul dubio: nam ne τἄμ' ἐφρουρήθη quidem hoc potest significare, nedum τἀμὰ φίλα. Explico: quibus custodita sunt quae mihi cara sunt, scil. τὰ μητρὸς σύμβολα modo commemorata. Cf. 1345. Σύνδετα non fascias (quae recte 1413 vocantur ἔνδυτα, i. e. ἐνδύματα) interpretor cum Kockio *Verisim.* pag. 1390, sed ligamina quibus cista clausa fuisse videtur. Cf. *Guhl und Koner, das Leben der Griechen und Römer*, pag. 146. Quare neque cum Kirchhoffio, qui virgulam posuit post ἐφρουρήθη, mutarim interpunctionem, neque cum Kockio pro φίλα reposuerim μέλη.

1392. *ἔκ τινος θεηλάτου*, i. e. *θείᾳ τινὶ μοίρᾳ*, ut loquitur Xenophon. Cf. 1456 *θεῖον τόδ'*. Cf. ad 1306. Vide tamen Badhami quam apposui coniecturam.

1394. *πλεγμάτων*. Cf. 37.

1395. Cave iungas *τί τῶν ἀνελπίστων*. Dictum est *φάσμα τῶν ἀνελπίστων*, ut *βακτηρία τῶν καμπύλων*, similia. Alc. 1123 *θαῦμ' ἀνέλπιστον τόδε* cum Nauckio non mutarim in *φάσμ'*, quia 1127 sequitur *φάσμα νερτέρων*.

1396. Nauck recepit Hartungi coniecturam *πολλὴ — ἦσθα*. At ponitur quidem *πολύς* pro vehemens et potens, sed non pro odiosus, importunus, molestus, ut saepe multus apud Latinos. Cf. Menaechm. II, 2, 41, ibique Gronovius. Paley *σίγα· πολεμία καὶ πάροιθεν ἦσθά μοι*, ut alia peiora taceam. Mihi sententia requirere videtur *πάροιθ' ὀχλοῦσά με*, quam coniecturam pluribus adstruxi *Verslagen* IV, 2, p. 189.

1397. *οὐκ ἐν σιωπῇ τἀμά*, non ea est rerum mearum conditio ut tacere possim. Iacobs. *ἐν σιωπῇ* = *ἐν καιρῷ σιωπῆς*. Iph. A. 1343 *οὐκ ἐν ἁβρότητι κεῖσαι*. Troad. 1143 sq. *πέπλοισιν ὡς περιστείλῃς νεκρὸν | στεφάνοις θ', ὅση σοι δύναμις, ὡς ἔχει τὰ σά*, non fero asyndeton. Scripserim *ὥς τ' ἔχει τὰ σά*, utque fert tuarum conditio, ni forte gravius peccatum, ut genuina lectio sit: *στεφάνοισί θ', ὥς σοι δυνάμεως ἔχει τὰ σά*.

1399. Huius versiculi scriptor tenetur in flagranti, qui non observaverit vs. praecedentem omne eiusmodi additamentum respuere. Frustra sunt qui ibi corrigunt *οὗ* vel *ᾧ' ξέθηκ'*.

1400. *Μακρᾶς πετρηρεφεῖς*. Dicitur Cecropis antrum, quia in Cecropia erat, hoc est sub acropoli. Cf. 936. *πετρηρεφεῖς* recte Brodaeus vertit petra concamerata. Barnes. Cycl. 82 *ἄντρα — πετρηρεφῆ*, Aesch. Prom. 300 *πετρηρεφὲς ἄντρον*. Paleio auctore hunc vs. delet Dindorf, neque ego dissentio.

1402. Similiter incipit Phoen. 1660. — *θεομανής*. Or. 843 *θεομανεῖ λύσσῃ δαμείς*. Cf. 79 ibid.

1403. *βωμοῦ ξόανα.* Ergone prope aram erat dei simulacrum? An est periphrasis pro *βωμός*, ut sit *βωμὸς ξεστός*? An denique intellegenda sunt signa exculpta in ara (bas-reliefs)?

1404. Leniter sed inepte Schmidt *οὐκ εἴργοιτ' ἄν*. Longius a librorum recedit Madvig coniciens *οὐ φθάνοιτ' ἄν*, quod mihi quoque venit in mentem, estque huic loco accommodatissimum.

1405 *τῆσδε*, scil. *τῆς ἀντίπηγος*. — Conferatur haec scena cum simili anagnorisi in Plauti Rudenti. De diversis agnitionis generibus cf. Aristoteles poet. c. 11, 14, 16.

1406. *ῥυσιάζομαι*. Cf. supra 523. Rectius Iacobs *δόλῳ* pro *λόγῳ* substituendum coniecit, quam Madvigius *λόχῳ*. De utroque vocabulo crebro confuso vide quae annotavi ad O. R. p. 152.

1410. Correxi *Verslagen* IV, 2, p. 189. Postea vide similiter Iacobsium proposuisse: *παῦσαι πλέκουσα, λήψομαί σ' ἐγώ, πλοκάς*, sed male divulsis quae iungenda sunt. *Καλῶς* interpolatum est, postquam *πλοκάς* propter sequentis participii similitudinem exciderat. Nudum *πλέκειν* non magis usurpatur sine obiecto pro *μηχανᾶσθαι* quam nectere apud Latinos. Manifestum est Creüsam vs. seq. verbum *λαμβάνειν* aliter accipere quam voluerit Ion.

1411. *τοξεύω* translate pro *ἐφίεμαι, ἐπιθυμῶ*.

1412. *στέγει πλήρωμα* = *πληρές ἐστιν*.

1414. *τοὔργον*, opus textorium, ut poetam scripsisse demonstrant sequentia; nam de nomine vestimenti sermo non est. Correxi sic pro *τοὔνομ'* *Verslagen* IV, 2, p. 189 sq. Cf. etiam Aesch. Suppl. 903.

1416. Nauck recepit Dindorfii coniecturam *ἡ τόλμη γέ σου*. De *τόλμη* vide Lobeckium ad Phrym. p. 333. Quos sequi ausus non sum, quia recte monet Badham deesse huius usus apud veteres Atticos exempla. Praeterea facio cum eodem languere particulam *γε*, ita ut, si de usu formae *τόλμη* satis constaret, proponerem *ἡ τόλμη σέθεν*.

Ipse Badham edidit ἧδε τόλμα σου. Dindorf ex Iodrelli (et Dobrei Adv. II, p. 115) coniectura dedit ἥ γε τόλμα σου, quod optime habebit, si simul cum Nauckio reposueris λέγ' ὡς ἔχει τοι· δεινὸν ἥ γε τολμα σου. Ita enim particulae potestas est, quam saepe habet, emphatica. Dic quomodo habeat textura; gravis sane est tua audacia (impudentia).

1419. ἐκδίδαγμα rudimentum. Substantivum alibi non videtur reperiri.

1420. λάβῃς, capias, i. e. decipias. Aesch. Sept. 38 οὔ τι μὴ ληφθῶ δόλῳ.

1421. ἠτρίοις, staminibus. Timaeus lex. ἠτρίον τὸ τοῦ ὑφάσματος πλέγμα. Inde ap. Hom. ἐπήτριμος, i. e. πυκνός. Subtemen κρόκη dicitur. Hic intellege: ἐν μέσῳ τῷ πέπλῳ.

1422. ἐκκυνηγετεῖ. Collato h. l. Erfurdt Aeschylo Eumen. 231 reddidit: δίκας | μέτειμι τόνδε φῶτα κἀκκυνηγετῶ. pro καὶ κυνηγέτης.

1423. κεκρασπέδωται, ora eius cincta est. Verbum alibi apud veteres non obvium.

1424. Vulgo editur e Musgravii coniectura ἰδού· | τόδ' ἔσθ' ὕφασμα δέσμα θ', ὡς εὑρίσκομεν. At altero substantivo vix locum esse animadvertens Badham melius coniecit quod recepimus. Θέσφατ' ex (ὑ)φάσμαθ' natum est per dittographiam.

1425. παρθένευμα, opus virgineum. Vulgatiore sensu legitur 1472. Cf. Phoen. 1271. Ceteri tragici non usurpant.

1426. εὐστοχεῖς coniecit Pierson plaudentibus plerisque. Nihilominus reliqui vulgatam lectionem, quae, si spectamus verbi originem a τυγχάνειν, quod proprie dicitur de iaculatoribus sagittariisque scopum ferientibus, eandem explicationem admittere potest censeri. Similiter usurpatur κυρεῖν Aesch. Ag. 614 ἔκυρσας ὥστε τοξότης ἄκρος σκοποῦ et ib. 1167 ἥμαρτον ἢ θηρῶ (malim κυρῶ cum Ahrensio) τι τοξότης τις ὥς. In Piersoni autem coniectura insuper male me habere confiteor, quod metaphoricae potestatis

vocabulorum εὔστοχος et εὐστόχως non novi exempla Platone antiquiora. Cf. Legg. VII, 792 D et XII, 950 B, dum verbum εὐστοχεῖν non occurrere videtur ante Polybium. In Phoenissarum exitu postquam gloriatus est Oedipus sua in solvendo aenigmate sollertia, respondet Antigone: Σφιγγὸς ἀναφέρετε ὄνειδος· ἄπαγε τὰ πάρος εὐτυχήματ' αὐδῶν. Nec vero est quod impediat, quominus verbo εὐτυχεῖν hic eandem tribuamus notionem, quam habere solet: an hac tantum in re (scil. divinanda) felix es?

1428. δώρημ' Ἀθάνας. Non ita mirum est Ionem, quamvis procul ab Attica nutritum, callere Atticorum mores atque fabulas, quia frequens erat Delphis propter oraculum cum tota Graecia commercium. Si quis tamen hanc intimam minimarum rerum cognitionem mirabitur, secum reputet veteres poetas talia non anxie curare. Post Ἀθάνας pro virgula posui signum interrogandi, ne quis hoc quaestionum genus confundat cum eo genere disiunctivarum quaestionum, iu quo ad prius membrum cogitandum est πότερον. Hic enim habes quaestiones ita iunctas ut Il. A. 203 τίπτ' — εἰλήλουθας; ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ; vel Soph. O. R. 622 τί δῆτα χρῄζεις; ἤ με γῆς ἔξω βαλεῖν, Iph. A. 704 γαμεῖ δὲ ποῦ νιν; ἢ κατ' οἶδμα πόντιον; Alc. 215, cett. Ubi altera quaestio continet coniecturam, quo modo sit respondendum ad priorem.

1430. Ad Infinitivos cf. 1012.

1431. φορεῖν correxi *Verslagen* p. 188. Ex hoc vs. apparet quo sensu accipienda sint verba τέκν' ἐντρέφειν vs. 1428.

1432. οἶδε. Cf. 1427.

1435. ἀκηράτου, non marcescente, ut recte interpres Latinus. Iniuria Nauck inutilem recepit Badhami coniecturam ἀγηράτου. De forma ἀγήρατος apud antiquos vide quae scripsi *Versl.* II, 299, ubi addere debueram ἀγήρατον probum esse. Cf. *Act. Soc. Lips.* II, 2, p. 447 sqq., ubi plura Ritschl. — De oliva semper virenti Musgrave conferri iubet Theophr. Hist. Plant. IV, 4, Plin. N. H. XVI, 44, Soph.

O. C. 694 sqq. Insuper vid. Herod. VIII, 55, Pausan. I, 24 § 3, Schol. ad O. C. 694—706 et ad Nub. 1001, Eur. Troad. 796 sqq., fragm. 362, 46 sqq., Plut. Sol. XII. Nec prorsus inutiliter comparabis Hesychium s. v. Στέφανον ἐκφέρειν. ἔθος ἦν, ait, ὁπότε παιδίον ἄρρεν γένοιτο παρὰ Ἀττικοῖς, στέφανον ἐλαίας τιθέναι πρὸ τῶν θυρῶν· ἐπὶ δὲ τῶν θηλειῶν ἔρια διὰ τὴν ταλασίαν.

1439. ὦ τέκνον, ὦ φῶς μητρὶ κρεῖσσον ἡλίου. Vide Soph. El. 1224, 1354, Hec. 841, H. F. 531, Iph. A. 1509, Hom. Od. π, 23; ρ, 41. Similiter Latini lumen et lux dicunt pro salus. Cf. Liv. I, 30; Verg. Aen. II, 281.

1442. Recepi egregiam Heathii emendationem: quem sub terra cum inferis (ἐνέρων χθονίων) et Persephone putabam habitare. Nam κατὰ χθονὸς ἐνέρων quid sit non assequor. Cf. Alc. 30, Or. 261, H. F. 352.

1444. κατθανών, ut tu scil. putabas.

1445. λαμπρᾶς αἰθέρος. Saepius femininum nostro est αἰθήρ, ut constanter apud Homerum, semel Sophocli O. R. 866, nusquam Aeschylo. Apud Euripidem cf. Alc. 594, Andr. 1228, El. 991, cett., ubique requirente metro, praeter Andromedae fr. 114, ubi lectio suspecta est propter proxime praegressum ὦ νὺξ ἱερά. Cf. Dind. adnot. Semel tantum (fragm. inc. 132, 3) in senariis.

1446 sq. ἀύσω βοάσω. Simili abundantia Aeschylus in Choephorarum initio dixit κλύειν ἀκοῦσαι, idcirco irrisus ab Euripide ap. Aristophanem Ran. 1172 sqq., qui ipse eadem verba iunxit Phoeniss. 919. Plura huiuscemodi reperiuntur apud tragicos praesertim in melicis, idque in oratione concitata.

1448. συνέκυρσε, i. e. προσέπεσε.

1452. ἔχειν μ' ἔχουσα. Tenendi vim habet h. l. verbum. Cf. Iph. T. 828, Hel. 650 sqq. Soph. El. 1226 add. χερσίν.

1453. ἰὼ γύναι est apostrophe ad absentem Pythiam, quae post 1362 (nam spurii sunt 1363—1368) scenam reliquit.

1455. ἀνὰ χέρα. Rarissimo usu ἀνά pro ἐν, cuius exemplum plane simile requiro. Nam in ἀνὰ στόμα similibusque ἀνά valet διά, non ἐν.

1456. Librorum scripturam τύχης originem debet terminationi vs. seq. Euripidi suum reddidi ad. Oed. Reg. pag. 133. Ad sententiam cf. Phoen. 1582, Hel. 698. Simili errore Soph. Phil. 267 legitur ἀγρίῳ (repetitum e praegresso ἀγρίᾳ). Sed ibi genuinum φοινίῳ servavit Eustath. p. 824, 29. Ibidem 476 quod sententiae perniciosum est εὐκλεές corruptelam traxit e sequenti εὐκλείας. Oppositum ἐχθρόν suadet εὐφιλές. Eur. Heracl. 236 συμφορᾶς male repetitum ex 232. Requiritur fere συννοίας ὁδοί. Cf. Orest. 632.

1458. ἐκλοχεύει, i. e. τίκτει. Hel. 258, ubi dicitur de Leda τεῦχος νεοσσῶν λευκὸν ἐκλοχεύεται, est forma media, sed loco, quem spurium esse vidit Badhamus. Alibi apud antiquiores verbum compositum non reperitur. Frequens est simplex, cuius forma media supra legitur 921.

1460. πνέω, spiro, vivo pro ἀναπνέω, respiro, revivo.

1462. „Post hunc versum unus trimeter deesse videtur.“ KIRCHHOFF.

1463. ἄπαιδες — ἄτεκνοι. Cf. supra ad 682.

1464. ἑστιοῦται, fundatur, reperto sc. herede. Verbum alibi non exstat.

1465 sq. Repubescit in nepote Erechtheus, cuius domus vocatur γηγενέτας, quum ipse e terra sit genitus.

1474. ὑπὸ λαμπάδων κτέ. Cf. Alc. 915 sqq., Med. 1027, Hel. 640, 723 sqq., Troad. 343.

1478. Γοργοφόνα. Perseus est γοργοφόνος fr. inc. 138.

1480. ἐλαοφυᾶ. Dindorf ἐλαιοφυᾶ. Cuius emendationem absolvi *Verslagen* IV, 2, p. 190. H. F. 1178 ἐλαοφόρον ὄχθον.

1481. σκόλια, obscura, correxi ad O. R. pag. 152.

1482. ἀηδόνιον πέτραν, rupem lusciniis celebrem. Lusciniarum cantum in Athenarum vicinia memorat Sophocles O. C. 18, 670 sqq.

1488. κρύφιον ὠδῖν' ἔτεκον, periphrasis pro κρύφα ἔτεκον.

1489. Scriptura corrupta. Musgrave coniecit: παρθένια δ' ἔργ', ὡς ματέρος σπάργαν', ἀμφίβολά σοι κτὲ.; Hermann παρθένια δ' ἀπ' ἐμᾶς ματέρος ἀμφίβολα, eiecto σπάργανα, Paley παρθένια δὲ σὰς μ., quod recepit Dindorf, Madvig παρθενίας δὲ ματέρος, Theod. Kock *Verisimil.* p. 207 παρθένια δέει ματέρος, cl. vs. 898, quae coniectura eo magis mihi arridebat, quod ipse eodem loco collato in eam incidi. Fateor tamen me vel sic dubitare, num locus perpurgatus sit. Explicat Kock: „matris iram metuens pro iustis „incunabulis, quae praesto non essent, quam celerrime pro„fligato officio haec velamina a virgine me quondam contexta „tibi inieci." At male me habet παρθένια σπάργανα, pro quo iure expectamus ἔργα, aut aliquid in eandem sententiam. Σπάργανα glossema esse vix dubito, sed quid satis probabiliter substituam non reperio. Cogitavi de substituendo: πηνί' ἀμφίβολά σοι κτὲ. Hesychius: πῆνος, ὕφασμα.

1491. κερκίδος ἐμᾶς πλάνους. Errores, i. e. rudimenta, tirocinium, vid. 1419. Musgr. An quia radius telam pererrare videtur? Matth. Hoc probaverim. Hermanno placet πόνους, quod scribi potuit, non debuit.

1493. γάλακτι κτὲ. Locus vitiosus; nam dici nequit quo pacto γάλακτι cohaereat cum sequentibus. Quid scribendum mihi videatur monui in margine, hac sententia: Sed misera (tibi cf. 1490) non praebui nec mamma maternum alimentum nec lavacra manibus. Cf. *Verslagen* IV, p. 191. Substantivum γάλα me admonet loci Phoen. 1526 ματρὸς ἐμᾶς διδύμοισι γάλακτος παρὰ μαστοῖς, ubi metri dactylici ratio vitiosum esse evincit γάλακτος, quod ibi non secus atque in hoc Ionis loco propter mammarum mentionem a glossatore invectum suspicor, quo eiecto conicio: διδύμοις (τροφίμοις) παρὰ μαστοῖς. Glossema deturpat Philoctetis quoque locum 1223 σὺν σπουδῇ [ταχύς], ubi ποδός substituas. Cf. Hec. 216, Rhes. 85.

1494. τροφεῖα, alimenta, ut Soph. O. C. 341. Cf. ad 852.

1495. Tragici pro libitu dicunt εἰς Ἅιδαν aut εἰς Ἅιδου οἰωνῶν — φόνευμα θοίναμά τ'. Soph. Ai. 1065 ὄρνισι φορβή, Orest. 815 θοινάματα καὶ σφάγια., Aesch. Suppl. 800 κυσὶν θ' ἕλωρα καὶ ὄρνισι δεῖπνον.

1498. ἐν φόβῳ καταδεθεῖσα. Cf. Plato Phaed. p. 83 D.

1501. τε in responso, ut Soph. El. 1416, O. C. 331 et ib. 821 e Bothii coniectura pro γε.

1504 sq. Cf. Croesi dictum ad Cyrum Herod. I 207, 2. Orest. 1293 αἱ μὲν ἐνθάδ' αἱ δ' ἐκεῖσ' ἑλίσσετε.

1506. πνεύματα. Fr. 152 νεύει βίοτος, νεύει δὲ τύχη κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων. Iph. T. 1317 τί πνεῦμα συμφορᾶς κεκτημένη (male δεῖμα Madvig). Cf. nostri H. F. 216, Suppl. 962. Electr. 749 pro πνεύματ' αἴρεται vide annon verius sit δύρματ' αἴρεται.

1511. Cf. Soph. Antig. 1158 sq., nostri fr. 101 et 554, de quo egi *Stud. Crit. i. p. sc. Gr.* pag. 98. *Fortuna humana fingit aptatque ut lubet* dixit Plautus. Ipsa illa μεταβολή in alterutram partem veram tragoediam efficit. Cf. Arist. de poet. c. 7 extr.

1514. *Adversus*, vel *iuxta qualem vitae normam venimus?* Quid hoc sit, οὐδ' ἂν Ἀπόλλων μάθοι. Silent interpretes praeter Musgravium, qui coniecit: στιγμὴν (pro στάθμην) βίου explians: *vix punctum abfuimus, quin*, cett. Quod ut incertum est an ita dici Graece potuerit, ita certe additum βίου huic coniecturae parum favet. Quin autem vir sagacissimus sententiam bene perspexerit, non dubito. Debuit enim scribi aliquid, quod respondeat ei quod dicitur παρὰ μικρόν (ὀλίγον, οὐδέν) ἦλθον τὴν μητέρα φονεῦσαι. Vereor autem ne altius vulnus insideat. Venit in mentem: παρ' οὐδὲν ἤλθομεν πηγὴν βίου | μητέρα, φονεῦσαι. Sed spero fore, cui librorum lectioni pressius insistenti contingat ipsam poetae manum restituere. An forte putas sufficere, ut βίου male a

scribis suppletum suspicemur et olim lectum fuisse ἐμὴν, ut poetam dixisse putemus: quam tenui linea remoti fuimus ab eo ut meam matrem interficerem?

1517 sq. Locus corruptissimus. Pro absurdo ἡλίου non male Badham coniecisse videtur αἰθέρος; sed quid sibi velit Nauckii coniectura in vs. seq. κατ' ἦμαρ ἕν, non satis assequor. Certe nulla probabilis exit sententia. Fortunae mobilitas et inconstantia memorata in praegressis facit, ut suspicer poetam his versibus tetigisse numinis divini providentiam sic fere locutum: ἆρ' ἐν φαενναῖς αἰθέρος περιπτυχαῖς | εἷς ἔστι πάντα τάδε καθ' ἡμέραν νέμων; vel ἔνεσθ' ὁ πάντα — νέμων; Vah! an fieri potest ut in splendido aetheris ambitu unus sit (vel sit) qui haec omnia (tam diversa) quotidie (singulis hominibus) tribuat? Ad περιπτυχαῖς cf. loci citati a Valckenario *Diatrib.* pag. 47 sqq. Ut αἰθέρος h. l. pro ἡλίου reponit Badham, ita sed inversa ratione Nauck Phoen. 504 reposuit ἡλίου pro αἰθέρος e varietate apud Plut. Mor. p. 481. An forte αἰθήρ olim scribebatur eodem compendio, quo ἥλιος, Ἀπόλλων et χρυσός? Cf. Bast. *Comm. Pal.* pag. 844. Providentiam poeta tangit Hecub. 488 sqq., Suppl. 611, Hippol. 1105, alibi. Deos esse negat fragm. 288. De sententia h. l. aptissima non dubito, sed ipsa coniecturae meae verba non praesto. Nam et alia in eandem similemve sententiam excogitari poterunt, velut: ἆρ' ἐν φαενναῖς Ζηνί που περιπτυχαῖς ἔνεστι — νέμειν; ut ἔνεστι sit, quod saepe, ἐνδέχεται, ἐγχωρεῖ, οἷόν τ' ἐστι. Num forte Jupiter potest cett.?

1521. Cf. ad 696.

1522. σκότον. Apud tragicos et comicos σκότος semper est masculinum et secundae declinationis. Περικάλυψαι σκότον dictum, ut περιβάλω σκότον H. F. 1159, ubi lacunam explevi addito φωτός *Stud. crit.* p. 53. Cf. Phoen. 1453, Hipp. 192.

1523. Cf. 341 et Bacch. 27 sqq.

1526. ἐχθρὸν pro αἰσχρὸν suspicabar *Verslagen* IV, 2,

p. 190. Si nihil vitii subest, virte: effugere conans meum dedecus, breviter dictum pro eo quod est: effugere conans necessitatem aperiendi tibi dedecus meum.

1529. Cf. ad 460.

1530 sq. Plato, *Euthyd.* p. 302 D auctor est διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν ab Ionibus omnibus coli non Iovem, ut a ceteris Graecis, sed Apollinem πατρῷον. De tragicorum Iove πατρῴῳ vid. Porson ad Med. 1314.

1537 sq. Permirum est in tam facili sententia labi potuisse Madvigium conicientem τε θράττει (sic) pro ταράσσει. Minus male, quamvis citra necessitatem, olim Reiske pro ὁ θεὸς voluit εἰ θεός. Nam πότερον in disiunctiva quaestione omitti posse, haud secus quam Latine utrum, in vulgus notum est. Eodem pertinent quae Dobree disputat ad Plut. 598. Ad verba ταράσσει φρένας cf. Rhes. 863.

1540. Haud me latet monosyllaba non subiecta esse notae regulae Porsonianae. Probabile tamen puto, tragicos vel in hisce voculis ante creticum, quo versus finitur, praetulisse eam formam qua efficeretur syllaba brevis. Quare ἐς posui pro εἰς. Cf. ad 1598.

1549. Ὑπερτενής ante Nauckium coniecit Pierson ad Moerid. p. 271, allato Hesychio: ὑπερτενής· ὑψηλή. Simul proposuit: ὑπὲρ τέγος, Ahrens ὑπερτεγής, quod fictum ab ipso. Ego librorum scripturam non sollicitaverim, sed explicuerim ὑπερτέλλουσα. Cf. Phoen. 1007, Hec. 1010, Or. 6 Phaeth. fr. 6, 1, Herod. III, 104.

1550. ἀντήλιος hic solis ad instar fulgens, ut ap. Hom. ἀντίθεος pro θεοείκελος. BARNES. Soph. Ai. 805 est soli orienti oppositus, orientalis (oppon. ἕσπερος). Aesch. Ag. 530 δαίμονες ἀντήλιοι sunt deorum simulacra subdiva, soli exposita. In hoc vocabulo Attici retinent formam Ionicam, quam hic reposuit Blomfield ad Agam. l. l. in glossario, ubi inter alia affert *Lex. Seguier.*, p. 424, 25: ἀπηλιώτης ἐν τῷ π καὶ ἀντήλιος καὶ πάντα

τὰ ὅμοια ψιλῶς καὶ ἡ ἐπηλίς ἐστι παρὰ Ποσειδίππῳ. Lobeck ad Aiacis l. l. praeterea memorat ἀπηλιαστής, Ἀλκίππη, Νικίππη, Κράτιππος Δέρκιππος, λεύκιππος, ἱππαρμοστής, alia multa, in quibus aspiratio neglegatur.

1551. μὴ τὰ δαιμόνων δρῶμεν. Hom. Il. Υ, 131 χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς. Multus est in hac veterum opinione illustranda Spanheim in Callimachi hymn. in Pall. 54 et imprimis ad vs. 101, ubi haec sunt poetae verba:

κρόνιοι δ' ὧδε λέγοντι νόμοι·
ὅς κε τιν' ἀθανάτων, ὅκα μὴ θεὸς αὐτὸς ἕληται,
ἀθρήσῃ, μισθῷ τοῦτον ἰδεῖν μεγάλῳ.

1558. Pro μολεῖν Nauckius malit περᾶν, dubitans tamen cum Dindorfio num vs. genuinus sit.

1562. Recepi Lentingii emendationem, prae qua sordet quod nuper proposuit Schmidt μόλῃς εἰς. Kirchhoff coniecit κομίζῃ σ' οἶκος εὐγενέστατος.

1574. δίκαιος ἄρχειν. Comparavit Barnes Suppl. 197, Heracl. 143, 776. Adde Soph. Ant. 400, Aesch. Eum. 56. Frequenter sic optimus quisque scriptor. Exempla collegit Dindorf in Thesauro II, 477.

1576. γῆς κἀπιφυλίου. Verbo graviter corrupta. Hartung coniecit γῆς τετραφυλίου; Badham τε κἀπιφύλιοι, in qua scriptura χθονός male abundat. Ego partim cum Hartungio scripserim quod posui in margine.

1579. De quatuor his tribubus Atticis disputavit Boeckhius in *indice lect. univ. Berol. per semestr. aest.* a. 1812. Cf. id. *Staatshaush.* II p. 28, Mueller *de Orchomeno*, p. 307, Schoemann *de Comit. Ath.* p. 358. MATTH. De Gelonte dixi in *Thesauri Stephani* s. v. DIND. Cf. Herod. V, 66, Poll. VIII, 111, Steph. Byz. i. v. Αἰγικορέως.

1579—1581. Dindorf aliorum coniecturis adiutus edidit:

Γελέων μὲν ἔσται πρῶτος, εἶτα δεύτερον
Ὅπλητες Ἀργαδῆς τ', ἐμῆς δ' ἀπ' αἰγίδος
ἓν φῦλον ἕξουσ' Αἰγικορῆς κτέ.

quibus mutationibus corruptissimi loci vulnera obteguntur, non sanantur. Optime sane ab illo et aliis recepta est certissima Canteri emendatio ΟΠΛΗΤЄCΑΡΓΑΔΗC pro ΟΠΑΝΤЄCΑΡΓΑΔΗC, sed neque δεύτερος bene Cantero in δεύτερον, vel ab Hartungo in δεύτεροι mutatum est, neque coniectura Kirchhoffi voculam δ' inserentis (τ' inseruerat Canter) et Hermanni correctione ἓν φῦλον pro ἔμφυλον locus restituitur in integrum. Fac enim φῦλον recte dici φυλήν Atticam, Aegicorenses, tribum facientes, qui dici possint tribum habere, tenere, occupare, non video, ut taceam mira breviloquentia ἐμῆς ἀπ' αἰγίδος dictum esse omisso participio verbi vocandi; quare ne addere quidem ausus sum voculam δέ, siquidem fieri potest, ut post Ἀργαδῆς τ' quaedam perierint, quemadmodum non dubito subscribere sententiae Badhami et Nauckii intercidisse nonnulla, putantium post δεύτερος. Prorsus nihil hic video. Quare abstineo manus. Γελέων de more a librariis corruptum in Τελέων restituit Canter. Ex Teïa inscriptione ap. Böckhium C. I. 3078 apparet, eandem tribum fuisse apud illos. Ceteris Ionibus quot quaeve tribus fuerint, ignoramus.

1583. Thuc. I [c. 12] *καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν.* BARNES. Cf. ib. cap. 2 extr.

1584. Strab. VIII p. 383: *ἔκτισαν δὲ δώδεκα πόλεις ἐν τῇ παραλίᾳ τῆς Καρίας καὶ τῆς Λυδίας, εἰς τοσαῦτα μέρη διελόντες σφᾶς, ὅσα καὶ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ κατεῖχον.* IDEM.

1585. Intelligenda est ora utraque Hellesponti. Similiter *ἀντίπορθμα* in Meleagri fr. 1. Nam in utraque ora coloniae consederunt Ionum, quae Elaeunta, Lampsacum aliasque urbes condiderunt. HERMANN.

1590. De Doro vide Strab. VIII, p. 383 *ὧν Δῶρος μὲν τοὺς περὶ Παρνασὸν Δωριέας συνοικίσας κατέλιπεν ἐπωνύμους αὐτοῦ.* MUSGR. Thuc. I, 107 *Δωριᾶς, τὴν Λακεδαιμονίων μητρόπολιν, Βοιὸν καὶ Κυτίνιον καὶ Ἐρινεόν.*

1592. Achaeus, homicidio imprudenter facto, in Laconiam

secessit, unde Achaei dicti qui oram maritmam colunt iuxta Rhium promontorium ad fauces sinus Corinthiaci. Strabo VIII *προϊοῦσαι δὲ πλέον τελέως συμπίπτουσι κατὰ τὸ Ῥίον καὶ Ἀντίρριον· ἔστι δὲ τὸ μὲν Ῥίον τῶν Ἀχαιῶν.* Brod. Praeter necessitatem promontorium Rhium commemoratum, ut fausto grat oque nomine Athenienses delectarentur. Nam ad Rhium devicti a Phormione Lacedaemonii erant Ol. 87, 4. Boeckh. de tragicis p. 192. Cf. ad 190. Dind.

Non dudum post hanc victoriam Ionem docuisse videtur Euripides, a quo non abhorret, quod dicit Dindorf a d n. O x. pag. 912 ex numeris versuum colligi posse Ionem, Herculem et Electram doctas esse inter Ol. 88 et 91. Cf. nota in calce pag. 143.

1593. *κἀπισημανθήσεται*, et insignietur, insignis erit; unde pendet Infinitivus *κεκλῆσθαι*. Male interpres Latinus: insigniter gloriabitur. Iunge: *καὶ λαὸς ἐπισημανθήσεται κεκλῆσθαι ὄνομα ἐπώνυμον κείνου*. Electr. 1273 *ἐπώνυμος σοῦ πόλις κεκλήσεται*, Phoen. 641 *ὄνομα νεικέων ἐπώνυμον*. Or. 1646 *κεκλήσεται σῆς Φυγῆς ἐπώνυμον*, cett. Dicitur enim *ὀνομάζειν τινὰ (τι) ἐπί τινος*.

1596. *λοχεύει* hic sensu factitivo = *ποιεῖ λοχεύειν* s. *λοχεύεσθαι (τίκτειν)*. Cf. 948, Elect. 1596, ubi positum est pro *μαιεύομαι*.

1597. *κἀπέθου*. Cave conicias *κἀξέθου*. Nam constanter forma activa dicitur *ἐκτιθέναι* de liberis exponendis.

1598. *ἐς ἀγκαλάς*. Cf. Elmsl. ad Heracl. 271, Nauck *Eurip Stud.* ad Alc. 320.

1602. *ἡδέως ἔχῃ* = *τέρπῃ*. Aliter supra 647.

1603. In Vaticano codice non est *εἴης*, ut vulgo creditur, sed *εἴσῃ*, unde elicio *ἡσθῇς*, quod melius respondet versui praegresso quam *ἴῃς*, quod edi solet e Wakefieldi coniectura.

1605. *ἐξαγγέλλομαι* paene = *ἐπαγγέλλομαι*, *ὑπισχνοῦμαι*. Cf. Heracl. 531, (ubi Madvig ci. *κἀπ.*) Soph. O. R. 148.

1606. *ἐδεξάμεσθα*. Cf. 561, Rhes. 295. El. 622 pro vitiosa

forma προσηκάμην (pro qua Euripides scripturus fuisset προσείμην) substitui olim ἐδεξάμην. Cf. Soph. El. 668, Herod. VIII 114. Aoristum in multis verbis similiter usurpari notum est, velut ἐχάρην, ἥσθην, ἐπήνεσα, alia multa. Ita mox ᾗνεσα vs. 1614.

1607. πείθομαι. Duobus locis Euripides huius verbi Aor. II med. ἐπιθόμην usus est pro Passivo ἐπείσθην Suppl. 853 sq., El. 981.

1608. καὶ πρὶν τοῦτο δ' οὐκ ἄπιστον ἦν. Verba absurda. Dobree proposuit: κεἰ πρὶν τοῦτ' ἄπιστον ἦν ἐμοί. Mihi venit in mentem totum vs. sic corrigendum esse: Λοξίου καὶ τῆσδε (μητρὸς), κεἰ πρὶν οὐκ εὔπιστον ἦν, ut postquam μητρός exciderit, scripturam interpolatam credamus a metricis. Sed fortasse melius toto vs. deleto, in fine praecedentis pro πατρός scribetur τάδε; quale pronomen pulchram afferebat falsariis sua inferendi occasionem. Vide quae disputavi *Verslagen* IV, 2, p. 179.

1610. Lenis Heathii mutatio ἠμέλησα pro ἠμέλησε non videtur sufficere. Nam quod Creüsa commiserat peius erat quam ἀμέλεια, nec sic scripsisse poetam arguit vs. seq. οὐκ αἰνοῦσα (i. e. ψέγουσα) πρίν. *Stud. Crit. in poet. sc. Gr.* proposui οὕνεκ' οὔποτ' ἠμέλησε παῖδ' ὃν ἀποδίδωσί μοι dictum per attractionem pro παιδὸς, ὃν ἀποδίδωσι, (cll. Troad. 138, Ar. Lysistr. 408, Demosth. XVIII § 16) vel: οὕνεκ' οὔποτ' ἠμέλησε παιδὸς ἀποδίδωσί τε, ut μοι sit glossatoris. Vulgata cur vitiosa sit, illic demonstravi. Cf. nota scripta in calce pag. 134.

1611. εὐωποί, i. e. εὐπρόσωποι. Cf. Orest. 918, Soph. Ant. 530 εὐῶπα παρειάν, Trach. 523 ἁ δ' εὐῶπις ἁβρά. Si versus sanus est, h. l. opponitur sequenti δυσμενῆ itaque usurpatur pro faustus, gratus, ut est apud Soph. O. R. 198 εὐῶπα πέμψον ἀλκάν. Quare fortasse non prorsus necessaria est Kirchhoffi coniectura χαίρετ' pro αἴδε. Est tamen satis probabilis. Cf. Plaut. Merc. 830 limen superumque inferumque salve, simul autem vale.

1612. *νῦν.* Dure scriptum est Oed. Reg. 340:

τίς γὰρ τοιαῦτ' ἂν οὐκ ἂν ὀργίζοιτ' ἔπη
κλύων ἃ νῦν σὺ τήνδ' ἀτιμάζεις πόλιν;

In archetypo fuisse suspicor: *ἃ + νῶν τήνδ' κτέ.*, quod male lectum et suppletum esse. Loci ratio suadet: *ἃ φωνῶν τήνδ' ἀτιμάζεις πόλιν;* — *ῥόπτρων.* Alibi hoc vocabulum apud tragicos non reperitur praeter Hippol. 1172, ubi usurpatur pro *ῥόπαλον.* — *ἐκκρημνάμεσθα.* Morisne igitur fuit ut qui deo gratum animum significare vellent, templi eius fores amplecterentur? An hoc vult: difficulter a templi tui foribus me divello; tantopere te amo ac veneror? Eadem verbi forma legitur H. F. 520, El. 1217, Aesch. Sept. 212. Mireris quum *κεράννυμι* habeat alteram formam *κίρνημι, πέλω πίλνημι, πετάννυμι πίτνημι, σκεδάννυμι σκίδνημι,* unum *κρεμάννυμαι* habere *κρήμναμαι*, non *κρίμναμαι.* — *προσεννέπω* (cf. *προσειπεῖν*) fere = *ἀσπάζομαι*, saluto. Hipp. 99 *πῶς οὖν σὺ σεμνὴν δαίμον' οὐ προσεννέπεις;* Soph. Ai. 1338. Hic valedicendi causa, ut Troad. 1276.

1614. *μεταβαλοῦα* intransitive: mutata sententia.

1616. *οἴκους.* Apud Sophoclem O. R. 179 sq. corrigendum esse suspicor: *νηλέα γένεθλα πρὸς πέδῳ θαναταφόρα κεῖται ἀν' οἴκους* pro *ἀνοίκτως.*

1617. *ὁδουρός*, itineris custos. Alibi, Soph. fr. 23 et Eur. fr. 262, adhibetur in malam partem; ibi enim est quod *ὁδοιδόκος, κακοῦργος*, latro.

1619. *ἐλαύνεται* — *συμφοραῖς.* Cf. Alc. 679, Androm. 31, Soph. Trach. 1015, Aiac. 272, O. R. 28.

1621 sq. Iudice Aristotele de poet. c. 13 *δῆλον ὅτι οὔτε τοὺς ἐπιεικεῖς ἄνδρας* (egregie innocentes) *δεῖ μεταβάλλοντας φαίνεσθαι ἐξ εὐτυχίας εἰς δυστυχίαν, (οὐ γὰρ φοβερὸν οὔτε ἐλεεινὸν* (l. *ἐλεινὸν*) *τοῦτο ἀλλὰ μιαρόν ἐστιν) οὔτε τοὺς μοχθηροὺς ἐξ ἀτυχίας εἰς ἀτυχίαν (ἀτραγῳδότατον γὰρ τοῦτ' ἐστι πάντων, οὐδὲν γὰρ ἔχει ὧν δεῖ, οὔτε γὰρ φιλάνθρωπον οὔτ' ἐλεινὸν οὔτε φοβερόν ἐστιν) οὐδ' αὖ κτέ.* Ceterum philosophus

longe praefert eas tragoedias, in quibus infortunium propter aliquod non nimis grave peccatum homines bonos quidem sed vitii non expertes, eosdemque magni nominis et secundis florentes rebus corripit, prae iis, ubi miseri felices evadunt. Felicem exitum habent praeter Ionem hae nostri fabulae: Alcestis, Orestes, Helena, Iphigenia in Tauris, pleraeque autem εἰς δυστυχίαν τελευτῶσιν, cuius rei vituperatores Aristoteles refellit loco laudato.

1622. ὥσπερ πεφύκασ', qualis est eorum natura. Nam ipsa eorum indoles impedit, quominus umquam sint vere felices. Male interpres Latinus: ut digni sunt. Ad sententiam cf. Herc. Fur. 726. Ceterum subit mirari, quid faciendo Creüsa, quam chori verba (1621) non minus quam Ionem respiciunt, generosam indolem probaverit. Intentatane filio mariti, quem suum esse ignorabat, nece? Pace poetae philosophi dixerim permirum eum esse magistrum morum, cui feminae, qualem induxit Creüsam, probentur. Cf. Praefatio.

ADDENDA ET CORRIGENDA

ad vs. 1. De prologis Euripideis nuperrime egit Voss, *progr. der Lat. Hauptschule* in Halle 1873.

„ 5. Ut Graeci Delphos vocabant terrae umbilicum, sic caput sacrum regni Incarum audiebat Kutzko, quod nomen prorsus idem significat. — Verbis neutris cum quarto casu sic iunctis adde *κεῖσθαι* Philoct. 145.

„ 7. Cf. Iphig. i. T. 1263 sq.

„ 19. Cf. ad 1209. Non ignoro quae hac de re scripsit Valckenaar ad Phoen. p. 240, sed diligens observatio fecit, ut hodie melius sciamus quam sit sublesta codicum Euripideorum fides praesertim eorum librorum, quibus continentur X fabulae ex vulgari ordine postremae.

„ 27. *ὡς θανουμένῳ*. Terent. Heautontim. IV, 1, 36 sqq. ut stultae et miserae omnes sumus Religiosae, cum exponendam do illi, de digito anulum Detraho, et eum dico ut una cum puella exponeret, Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

„ 74 sq. Spurios esse hoc vss. vel inde apparet, quod ipse Ion vocatur Asiae conditor, quam rem ipse poeta vss. 1581 sqq. rectius tribuit Ionis posteris vel potius IV tribubus, quibus Ionis filii nomina sua imposuisse credebantur. Cf. Grote, *Hist. of Gr.* III, p. 173 sqq.

ad vs. 86. Parnasus fontibus scatens Iph. T. 1242 ex pulchra Weilii emendatione, ματέρ' εἰς pro ματήρ, vocatur ἀστάκτων ματὴρ ὑδάτων.

„ 89. De myrrha ceterisque suffimentis cf. Herod. III, 107 sqq.

„ 134. Brevitate fui obscurior. Verbum ἀποκάμνειν utramque habet structuram, sed sensu valde diverso. Quid inter utramque intersit, apparebit collato loco Platonis Rep. IV, p. 445 B κατιδεῖν — οὐ χρὴ ἀποκάμνειν, ubi Infinitivus est omnino necessarius, si quidem ibi verbum significat desistere a conando id facere, quod nondum facis, iunctum vero cum Participio, quo hic opus est, significat: desistere a faciendo id quod iam facis. Cf. ibid. V, p. 450 C. In loco Critonis 45 B nihil iam mutandum esse videbis.

„ 136. Soph. Ant. 1149 παῖ Διὸς γένεθλον non simplici, sed duplici laborat glossemate. Fuisse suspicor τοῦ Ζηνὸς γένεθλον.

„ 154 sqq. Magnam hodieque in Parnaso esse aquilarum cornicumque copiam docet ULRICHS, *Reisen u. Forsch. in Gr.* VII. p. 110.

„ 187 sqq. De oraculo Delphico peculiari libro egit GUIL. GÖTTE, *das Delphische orakel*, Leipzig 1839.

ad not. p. 97. Cf. tabulae topographicae C. O. Mülleri post Pindarum editum a Dissenio.

ad vs. 225. Pecus sacrificio destinatum pascebatur in agro Cirrhensi, quem Amphictyonum decreto post primum bellum sacrum Apollini dedicatum neque arari neque conseri fas erat. Cf. Grote, *Hist. of Gr.* IV, 61 sq.

„ 233. Adde Plat. Phaed. prope finem, ibique Wyttenbach.

„ 295. Soph. Phil. 105 eadem de causa requiro ἰούς

(γ') ἀφύκτους κτέ. et Plat. Euthyd. 302 D: πρόγονοί (γ'), ἦν δ' ἐγώ, καὶ δεσπόται κτέ.

ad vs. 322. Nihil muta. Similiter sequiores dicunt εἰς ἄνδρ' ἀπαγγέλλειν. Cf. Synesius Epist. 57.

„ 346. Adde ταῦτα δή Aesch. Pers. 159, alibi; et τοῦτο Soph. Oed. Reg. 1005: καὶ μὴν μάλιστα τοῦθ' ἀφικόμην κτέ.

„ 348. De significatione vocis ἐλπίς cf. luculentum Platonis testimonium Legg. I p. 644 C, D.

„ 354. Elmslei coniectura, quam per errorem omisi, haec est ταὖτ' ἂν — μέτρα. Multos locos huc pertinentes collegit Blaydes ad Soph. Electr. 913. Res nondum ad liquidum perducta videtur. Quid si Elmslei observatio non debeatur poetarum usui, sed incuriae librariorum? Ita εἶχ' ἂν fuerit retinendum.

„ 361. De loco tamen Sophocleo O. C. 1636 est quod dubitemus. Cf. Meinekii adnotatio.

„ 376. Adde Heracl. 44 κἀπιβωμιοστατεῖν, ubi recte Erfurdt κἀπιβωμίους ἄγειν.

„ 377. Cf. Soph. Ant. 1291, ubi recte κελευμάτων corrigitur.

„ 396. Literae P male invectae a librariis unum addam exemplum sed luculentissimum ex Platonis Legg. II, p. 654 C: ψυχῆς ἐν πόνοις ἐρχομένης, quod participium scriptores Attici ignorant. Corrige ἐχομένης.

„ 398 sq. Adde Terent. Hecyr. 273 sq.

„ 450 sq. Adde Plat. Remp. II, cap. 17, Legg. XII initio.

„ 453. Locum Soph. El. 888 iam alios ante me similiter tentasse sero intellexi.

„ 479. De metro erravi; nam in vs. antithetico 459 χρυσέων epico more primam syllabam potuit corripere.

„ 572. Cf. quoque Soph. El. 709 sq.

ad vs. 588. Eadem confusio perdidit locum Platonis Rep. II, p. 360 D ὥς φησιν ὁ περὶ τούτου τοῦ λόγου [λέγων]. Plato more suo dixerat ὥς φησιν ὁ πατὴρ τοῦ τοιούτου λόγου. Cf. Conv. p. 177 D, Theaet. 164 E, Phaedr. 237 B, 275 E. Similiter in eodem opere III, p. 403 B malim: φιλεῖν μὲν καὶ ξυνεῖναι ὡς πατὴρ vel ὥσπερ πατὴρ (cf. p. 569 A) υἱέος παιδικῶν ἐραστήν κτέ. pro ὥσπερ υἱέος κτέ. Cf. Symp. cap. 42.

„ 616. Cobet coniecit φαρμάκων θυμοφθόρων cl. Od. β, 329.

„ 627 sq. Dignus est praeter Xenophontis Hieronem qui conferatur locus Platonis Rep. VIII, c. 16 sqq. et IX, cap. 4, unde simul confirmabitur absurdam esse codd. lectio ἡδονή.

„ 629. Hoc verbum Soph. El. 567 pro ἐξεκίνησεν substituebat Madvig parum probabiliter; nam ita Agamemnon pedum velocitate ipsum Achillem superasset. Et ἐξεκίνησεν legisse iam Scholiastam docet interpretamentum ἐξεδίωξεν. Sed suspectum est additum ποδοῖν, nam neque probabile est regem ictu pedis cervam excitasse et in ea re ratio postularet ποδί. Exspectari poterat ἐξεκίνησεν λοχμῆς.

„ 675. De παρρησίᾳ cf. Plat. Georg. 461 E, Rep. VIII, 557 B, Demosth. p. 603 et 1396 sq. Non sine exaggeratione Xenophon in Ath. rep. I § 12 ἰσηγορίαν τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ἐποιήσαμεν κτέ.

„ 697. Cf. loci allati a Klotzio ad Medeae l. l.: Acharn. 449 Plat. Prot. p. 313 A, Cic. epist. XV, 14 § 5, Terent. Adelph. III, 1, 33, Phorm. III, 1, 6. Locorum, quos ipse citavi ex Phoen. et Hipp. numeri ab operis corrupti sunt, nec qui fuerint, iam quaerere vacat.

ad vs. 675. Videatur tamen Eupolis F. C. II p. 536.

„ 759. Pro ἔχεις noli suspicari στέγεις. Vide Soph. Ant. 9.

„ 818. Similis interpolandi causa fuit ap. Plat. Crit. 52 B, ubi Hirschig recte expunxit verbum εἰδέναι.

„ 820. ξενοῦσθαι similiter dixit Sophocles Trach. 65. HERMANN.

„ 822. ἄφετος deo dicatus. Ita proprie vocantur pecudes Dis consecratae libere sine pastore vagantes in sacris nemoribus. Cf. Platonis Critias p. 119 D, Protag. p. 320 A, ibique Stallbaum.

„ 827. Ad Imperfectum cf. Iliad. IX, 415 sqq. et Matthiae Gr. § 506, V, 2.

„ 830. Pro Dindorf lege Nauck in comm. et in adn. crit. p. 37.

„ 833. συντιθέντες hic, ut plerumque, in malam partem usurpatum de machinis et artificiis. Cf. Soph. O. R. 401.

„ 925. In adn. crit. ad h. vs. notare neglexi οἴκτου esse Nauckii emendationem.

„ 1045. Melius iudicavit Plato. Cf. Crito 49 A sqq., alibi. De ipso Socrate vide Xenoph. Mem. II, 6, 35 et III, 9. 8. Cf. ZELLER, Phil. d. Gr. II, 1, p. 142 sq. (ed. III).

„ 1117. Cf. pulchra sententia Sophoclea Antig. 1044.

„ 1127. Ion insperato oblatus patri filius huic instar est recens nati. Hinc quoque θῦσαι γενέθλια supra 653 et 605. Nunc enim fiunt quae olim fieri non potuerant. (Cf. δόσιν γενέθλιον apud Aeschylum Eum. 7 et Terent. Phorm. I, 1, 12).

„ 1138. Attamen πλέθρου μῆκος vix aliud potest significare quam longitudinis mensuram, quia μῆκος et μακρός non nisi metaphorice pro μέγεθος et μέγας usurpari videntur. Quare fieri

potest, ut uterque versus, correctus ut voluit Wecklein, sit retinendus.

ad vs. 1422. *ἐκκυνηγετεῖ, διώκει.* Cf. Aesch. Eumen. 221.

„ 1464. *ἑστιοῦται.* Huius verbi formam mediam Madvig restituebat Platoni Rep. X, p. 611 extr. scribens *ἅτε γῆν ἑστιουμένη* pro *ἑστιωμένη*, interpretans terram domicilium sibi facienti. Manifestum tamen est eum qui haec scripsit respexisse ad sequens *ἑστιάσεων* itaque dedisse id quod est in libris. Nihilominus totum locum magistellorum annotatiunculis deturpatum et impeditum esse existimo. Scripserim: *Εἰς τὴν φιλοσοφίαν αὐτῆς* (sc. *τῆς ψυχῆς*) *δεῖ βλέπειν καὶ ἐννοεῖν ὧν ἅπτεται καὶ οἵων ἐφίεται ὁμιλιῶν ὡς ξυγγενὴς οὖσα τῷ τε θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ* [*τῷ* dele] *ἀεὶ ὄντι καὶ οἵα ἂν γένοιτο τῷ τοιούτῳ πᾶσα ἐπισπομένη καὶ ὑπὸ ταύτης τῆς ὁρμῆς ἐκκομισθεῖσα ἐκ τοῦ πόντου ἐν ᾧ νῦν ἔστι καὶ περικρουσθεῖσα* [*πέτρας τε καὶ ὄστρεα* dele petita e praegressis] *ἃ νῦν αὐτῇ* [*ἅτε γῆν ἑστιωμένῃ* dele] *γεηρὰ καὶ πετρώδη πολλὰ καὶ ἄγρια περιπέφυκεν ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων λεγομένων ἑστιάσεων.*

„ 1505. *Εὐδαίμων* ab *εὐτυχής* distinguit Eurip. Med. 1228 sqq., *εὐτυχεῖν* ab *εὖ πράττειν* Plato Euthyd. cap. 8 sq.

INDEX SCRIPTORUM

QUI IN COMMENTARIO TENTANTUR.

II.

INDEX RERUM ET VOCABULORUM.

A.

E, H.

F.

Z.

I.

K, C, X.

A, L.

M.

Υ, V.

X.

III.

INDEX PALAEOGRAPHICUS.

VITIA TYPOGRAPHICA.

Pag.	Vs.				
12	210	legitur	γοργωπον,	lege	γοργωπὸν
31	681	"	Λατοῦς	"	Λατοῦς,
32	700	"	δ' ἐνέξεται	"	τ' ἐνέξεται
41	adn. crit.	"	οἶκτον	"	οἴκτου (Nauckii coniectura)
44	1014	"	θρομβὸς	"	θρόμβος
"	1026	"	φόνους.	"	φόνους,
47	1109	"	τί	"	ΧΟ. τί
"	1111	"	θηρώμεθ'	"	ΘΕ. θηρώμεθ'
59	1424	"	ὡς	"	ὥς
67	1622	"	δ'	"	δ',
72	27	"	ἀναχέως	"	ἀναχῶς
79	16	transpone τῶν νέων — ἐγγενῶν			
82	2	legitur	1266	lege	1222.
97	nota	"	Middelpunct	"	Mittelpunct
105	12	"	403	"	243
107	28	"	1011	"	1026
111	29	"	Olympicum	"	Olympiĕum
115	29	"	1853	"	1873
118	11	"	557	"	555
125	6	"	graviter	"	gnaviter
144	28	"	Io	"	Ion.
151	nota	"	398	"	308
152	6	"	558	"	58
155	28	"	386	"	884
158	21	"	448	"	418
159	29	"	πόσιν	"	πόσον
162	12	"	1385	"	1358
164	32	"	Polynyces	"	Polynices
168	26	corrupti numeri. Vide addenda.			
174	3	error in numero, quem corrigere iam nequeo.			
175	5	legitur	consilii	lege	consilio
179	13	"	Dindorf	"	Nauck
"	25	"	natus	"	natum (cf. Hor. Sat. I, 6, 36)
182	7	"	116	"	113
202	27	"	1590	"	1570
204	7	"	ἱκετής	"	ἱκέτης
211	3	"	tentilibus	"	textilibus et 4 texta
212	23	"	θεῷ	"	θεᾷ
214	19	"	dirivato	"	derivato
229	20	"	πλοκοὺς	"	πλόκους
263	23	"	1001	"	108

